



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>















DANIELIS SALTHENII  
S. THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.  
COMMENTATIO  
IN  
HISTORIÆ CANONIS  
SACRIQUE TEXTVS N. FOEDERIS

A  
JOANNE MILLIO  
IN PROLEGOMENIS AD N. T.

TRADITÆ

PARAGRAPHOS XXIX PRIORES,

IN QUIBUS AGITVR

DE


LIBRIS N. T. ET CANONIS CONSTITVTIONE,  
DE EPISTOLIS PAULI I. ET II. AD THESSALON.  
DE EPISTOLA AD CORINTH. QVÆ PERIT, DE EP. I. ET II.  
AD CORINTH. AC DE EP. AD ROMANOS.



---

REGIOMONTI,  
APVD JOH. HENR. HARTVNG, M DCC LII.

1. d. 70.



**DAN. SALTENII**  
S. THEOL. D. ET P. O.  
**COMMENTATIO**  
IN  
**HISTORIÆ CANONIS**  
SACRIQUE TEXTVS N. F.  
A  
**JOANNE MILLIO**  
IN  
PROLEGOMENIS AD N. T. TRATITÆ  
*PARAGRAPHOS V. PRIORES,*  
IN QUIBUS AGITVR  
DE  
**CONSTITVTIONE CANONIS ET**  
*EPIST. I. AD THESSALONICENSES.*

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the quality of the scan. It appears to be several lines of text, possibly a list or a set of instructions, but the characters are too small and blurry to transcribe accurately.

JOANNIS MILLII  
 ANNALES CANONIS SACRIQUE  
 TEXTUS N. T. (a)

§. I.



Uod absolutam modo, Lector erudite, Editionem hanc N. T. certis de causis aliquandiu apud me premendam duxerim, instabant Amicorum aliqui, ut omissarum primum Lectionum, quasque sparsim ad marginem Editionis adscripseram

Notularum auctario eam locupletarem; tum autem ut nudæ Præfationis loco, quæ rationem Operis paucis quibusdam, uti iam moris est, perstringat magis quam aperiat, in ampliora longe diffunderer, otioque meo & mora hac haud indigna (b) Prolegomena, Superesse nimirum ad opus hoc numeris suis absolvendum, primo quidem, ut de Libris ipsis N. T. sive *Canone* quem vocant, accuratius paulo differerem; deinde vero, ut ipsius Textus S. statum & conditionem, uti vulgo loquimur, (quomodo nempe quovis Seculo se habuerit; quas ab Hæreticis, Orthodoxis, aliis mutationes subierit; & huiusmodi porro alia) iam ab ipsis N. T. incunabulis per omnia Ecclesiæ secula, ad hoc usque nostrum, ordinate describerem, ac *κατὰ ἰστορίαν*. Nostrarum certe hoc iam esse partium: & absque præmissis istis Canonis N. T. Sacrique Textus Annalibus, quos vocabant, haudquaquam responderi posse votis & expectationi Eru-

A

dito,



**ditorum.** His Amicorum haud vulgarium stimulis excitatus, Operi me protinus accingo. Lectiones variantes Exemplarium quorundam & Versionum tardius conquiritas, ut & Annotatiunculas meas quales quales, in Appendicem coniectas, quam primum commode liceret, Typis trado. De Libris N. Foederis, & Canonis constitutione Dissertationem iustam conficio. Tandem vero etiam S. Textus historiam aggressus sum: in qua certe conscribenda, quamvis viam mihi ex parte præmonstrasset *Historia Critica textus N. T.* Scriptor (c) eruditus; tantam tamen ubique fere caliginem, tot salebras & difficultates pene insuperabiles apprehendi, ut eam ægre demum, nec nisi post indefessum aliquot annorum studium ad finem perduxerim. Tractatus igitur huius Præliminaris, quem iam elucubravimus, tres præcipuæ sunt partes. *Prima* agit de Libris singulis N. Foederis, & Canonis constitutione. *Secunda* textus ipsius Sacri historiam qualemcunque complectitur. *Tertia* nostræ huius editionis N. T. consilium, quidue in ea præstiterim, fusius exponit.

(a) Nomen ac vitam huius Doctõris Theol. Canonici Cantuariensis & aulæ Edmundinæ Oxoniensis præfecti, viri de orbe literato meritissimi, omissam esse a collectoribus & emendatoribus LEXICI ERUDITORUM æque ac LEXICI UNIVERSALIS HISTORICI, etiam in huius editione Lipsiensi recentissima, utique miraremur: nisi perpenderemus, quam facile in tanta eruditorum copia, unus & alter, imo plures doctissimorum virorum effugere possent memoriam. Interim nemo negabit, hunc virum eruditissimum eam, quam alii Auctõribus prophanis, imo maiorem N. T. Domini nostri JESU CHRISTI impendisse operam ac industriam: qui *tertiam* horum *προλεγομένων partem*, vel fugitivo perlustraverit oculo; ibi enim inprimis, quid præstiterit, quam indefessam impenderit

derit diligentiam, quot quoque & quantas superaverit difficultates in hoc Opere perficiendo, inde a pag. CLIII. ad CLXVII. editionis Oxonianæ luculenter edisserit. Cuius si quis in compendio legere velit historiam, adeat Ven. IO. IAC. QUANDTII - Diff. Anti-Millianam de Quæstione: *An Epistola ad Ephesios a Paulo Epheſiſi, an vero Laodiceſi inſcripta fuerit* §. I. II. quæ hic prodiit an. 1712. Conf. *Acta Erud.* 1708. pag. 1. *Biblioth. Choif.* T. XIV. p. 351; ſqq. Prodiit ipſum opus, quod inſcribitur: *Novum Teſtamentum cum Lectionibus variantibus MSS. Exemplarium, Verſionum, Editionum, SS. Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum; & in eaſdem Notis. Accedunt loca ſcripturae parallela, aliaque iεγγυητικὰ & Appendix ad varr. Lect.* Præmittitur *Differtatio* (hæc ipſa ſcilicet, quam Auctor deinceps Prolegomena nuncupat, quamque prelo ſublicimus) *in qua de Libris N. T. & canonis conſtitutione agitur: Historia S. Textus N. ſederis ad noſtra uſque tempora deducitur: & quid in hac editione præſtitum ſit, explicatur. Studio & labore Ioannis Millii S. T. P. Oxonii e Theatro Sheldoniano MDCCVII. fol. Nihil hætenus ſimile Chriſtianus orbis viderat, iudice Ven. IO. ALB. FABRICIO in Biblioth. Gr. Lib. IV. c. V. Vol III. p. 188. Ipſe vero Auctor, paucis poſt N. T. publicatum diebus, reipublicæ Litterariæ magna cum iactura ereptus eſt. Iteravit Editionem totius operis notiffimus SUIDÆ aliorumque Scriptorum editor LUDOLPHUS KUSTERUS Roterodami MDCCX. quæ, licet raritate & characterum magnitudine ac præſtantia priori cedat: ad uſum tamen legentium magis eſt accommodata, cum notas textui N. T. ſubiectas (quæ in Oxoniënſi continuis procedunt lineis, & litteris tantum Alphabeti diſtinctæ ſunt, non abſque tædio Lectoris) KUSTERUS numeris verſuum, in quos ipſe textus diviſus eſt, diſtinxerit, iisdemque longam Varr. Lect. Appendix, calci editionis prioris annexam, inſeruerit; loca quoque ex Prolegomenis citaverit, in quibus MILLIUS vel ſententiam ſuam corrigat, vel quædam aſſert ante non dicta. Sed & nova varr. Lectionum acceſſione hæc editio locupletata eſt ex collatione XII. MSS. Codicum, quibus MILLIUS uſus non eſt,*

est, quorum IX. Bibliotheca Regia Parisiensis suppeditavit, decimus est Ven. CARPZOVII, Xlmus SEIDELIANUS & XII. BOERNERIANUS; quæ omnia pluribus edisserit præfatio Operis: quam statim excipit IO. CLERICI *Epistola ad C. Iunium Optimianum de Editione N. T. Milliana* eiusque insigni utilitate, deprompta ex eius *Biblioth. Chois.* T. XVI. Artic. VI. p. 311. seqq.

(b) Prolegomena hæc non indigna esse neque Auctore suo, Viro summo, qui ad hanc spartam accessit instructissimus; neque otio eius ac mora, etenim istud triginta annorum opus N. T. per annos sedecim apud se delitescere voluit: testatur eiusmodi scriptorum censor optimus, IOANNES ALBERTUS FABRICIUS in *Bibliotheca Græca* Lib. IV. c. V. num. XV. Vol. III. pag. 178. ubi, post recensita SIXTI SENENSIS, POSSEVINI, BARONII, HUETII, RICARDI SIMONII, DUPINII, NATALIS ALEXANDRI, CLAUD. FRASSENII, & GUIL. BONIOUR; IACOBI & SAMUELIS BASNAGIORUN, HEIDEGGERI, LEUSDENII, THOM. MILLES, SPANHEMII, COSINI, DAN. WHITBY, RICHARDSONI, CLERICI; & nostratium GERHARDI, KORTHOLTI, HARDTMANNI, MAIL, aliorumque huc facientia scripta; quibus iungi possunt, quæ deinceps prodierunt: Ven. CHRISTOPH. MATTHÆI PFAFFII *Dissertatio Critica de genuinis Librorum N. T. Lætionibus* Amstel. 1709. 8. IOH. ENSII *Bibliotheca Sacra*, Amstel. 1710. 8. IOH. HENRICI MAIL *Dissertatio de consignato Canone*, quæ tertia est inter *Dissert.* eius *de Scriptura Sacra*; GERHARDI VAN MASTRICHT *Canon Scripturae S. Ecclesiasticae*, seorsim lenæ 1725. 8. recusus, Rever. IOH. FRICKII *Commentatio Theologica Critica de cura Ecclesie Veteris circa Canonem S. Scripturae* Ulmæ 1728. 4. cetera; nec non quæ in *Codice Apocryphi N. T. P. III. pag. 554.* addita sunt scripta C. G. LA MOTHE, IO. EDVARDI & FRANC. GOMARI, &c. Polyhistor celeberrimus MILLIUM nostrum in hisce suis ad N. T. Prolegomenis omnium vicisse industriam affirmat. Ipse KUSTERUS, criticus non vulgaris, in *Prefat. eadem amplissima sane, eruditio-*  
nisque

*nisque haud vulgaris apparatus plenissima esse iudicat, qui & ipsis nihil de suo addidit, nisi quod in Sectiones tantum minores diviserit, ut eo commodius a Lectoribus in posterum citari possent; quas & nos eandem ob rationem observabimus.*

(c) RICHARDUS SIMON, cuius noster honorificam in hoc genere facit mentionem, p. CLXVI. §. 1503.

## PARS PRIMA DE LIBRIS N. T. ET CANONIS CON- STITUTIONE.

### §. 2.

De Canonicis libris N. T. aliquid iam scripto traditurus, a principio nostræ religionis ordior, sive D. JESU Christi baptismo, quando iam tricenarius, Luc. III, 23. atque adeo *Magistri ætatem perfectam habens* Iren. lib. II. c. 39. (a) elegit Apostolos, qui Ipsi per omne tempus prædicationis adessent, ac testes forent miraculorum eius (b) & in primis resurrectionis mox futuræ. Ad testimonium hoc ferendum apud *omnes gentes* Matth. XXIIX. 19. (seu Judæos ex qualibet gente, ac postmodum gentiles ipsos) idonei facti fuere per Spiritus S. descensum. Abhinc enim Act. II. 4, 11. &c. variis lingvis loquebantur magnalia Dei, Petrus autem speciatim, in præsentia Judæorum, qui tum Hierosolymis ex omni gente convenerant, e Prophetarum Scriptis fusius demonstrabat JESUM Nazarenum, cuius resurrectionis iam testes erant, veram esse Messiam. Concione ista conversos legimus e Judæis istis ac Prote-lytis Act. II. 41, 47. circiter ter mille; quibus additi erant Fideles καὶ ἡμῶν, adeo ut brevi exurgeret numerus *ad virotum* Act. IV, 4. quinque millia. His accessit paulo post

post multitudo credentium in Domino, virorum ac mulierum, eorumque numerus post aliquantulum tempus longe adhuc magis crecebat; Apostolis quotidie cum publice, tum etiam κατ' οίκον Christum prædicantibus: donec ex Stephani cæde, orta que inde persecutione, dispersio facta esset ecclesiæ, Act. VIII. 1. Ingravescente vero persecutione hac, haud sine singulari sane divinæ providentiæ miraculo factum est, ut primo Apostoli ipsi permanere permitterentur Hierosolymis (c), (quo melius scilicet Ecclesiæ rebus in communi consultum foret): tum vero ut Saulus, qui iam in Christianos maxime sæviebat, ex Persecutore fieret Apostolus.

(a) IRENÆUS edit. Grabii p. 160. B. *Triginta quidem annorum existens cum veniret ad Baptismum, deinde Magistri etatem perfectam habens, venit Hierusalem, ita, ut ab omnibus iuste audiretur Magister. Et post pauca: Magister ergo existens, Magistri quoque habebat etatem.* Erat autem hæc ætas ministerio Sacro obeundo a Deo ipso destinata Num. IV. 3.

(b) Luc. XXIV. 48. Act. I. 8.

(c) CHRYSOSTOMUS & OECUMENIUS in Acta rationem addunt dignam, quæ hic memoretur. *Ille quidem Hom. XIX. Et hac ratione, inquit, adduci volentes Judeos, civitatem non reliquerunt; vel ut aliis ferent audacia exemplum: citante BASNAGIO Annal. T. I. Hic vero in Act. c. IX. ita argumentatur: Ubi potissima erat oppugnatio, ibi primos & potissimos milites in acie stare oportebat, ceterisque proponi exemplum fortitudinis.* Nititur autem hæc sententia testimonio APOLLONII Scriptoris ecclesiastici Secul. II. & III. qui, teste EUSEBIO Hist. Eccles. L. V. c. XVIII. p. 186. c. edit. *Valesii, ως ἐν παραδόσει τὸν σωτήρα Φησὶ προσεταχέναι τοῖς αὐτῶ ἀποστόλοις, ἐπὶ δάδεια ἔτσι μὴ χωριθῆναι τῆς Ἰησοῦσαλήμ.* Et ignoti ac obscuri Scriptoris, qui τὸ τῶ Πέτρῳ λεγόμενον Κήρυγμα, sive *Predicationem Petri* iam ante finem Seculi II. a CLEMENTE ALEXAN-

ALEXANDRINO aliquoties citatam composuit, & de quò infra pluribus: hic enim apud eundem CLEMENTEM, *Sermonum* Lib. VI. p. 637. *edit. Morelli*, inter alia Dominum dixisse perhibet Apostolis, *μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, μὴ τις ἕπη, & κήρσάμεν.* Et ex his ista traditio in *Martyrologium BEDÆ interpolatum*, *PETRIDE NATALIBUS Catalogum Sanctorum*, *Auctarium Martyrologii USUARDI*, *Chronicon Pseudodextri*, &c. translata est; quin imo recentioribus quibusdam eruditissimis Viris se commendavit, e. g. CAVEO, ut alibi, ita etiam in *Historia Scriptorum Ecclesiast.* p. 3. b. ubi simul genuinam huius ultimi loci interpunctionem restituit; & SAM. BASNAGIO in eruditissimo opere *Annalium Politico Ecclesiasticorum* T. I. p. 560. §. XXIII. ubi tamen falli Virum celeberrimum puto, quando ab hac sua Chronologia CHRYSOSTOMUM vix dissidere existimat, inductus verbis eius in Matth. Hom. LXX. qui, *Propterea*, inquit, *Apostoli Judæis primo predicaverunt, LONGOQUE TEMPORIS SPATIO casti & flagellati in Judæa manentes, at demum ab ipsis propulsi in gentes profecti sunt.* Quæ quidem versionis Latinæ verba ego in textu Græco editionis *Commeliniana* (forte in *Eton: nsi* vel *Parisensi* occurrunt) apprehendere non potui: licet mox ibidem in seqq. p. 582. d. legerim Apostolos *ἐπὶ πλεῖον τῆ Ἰουδαίας διακηρυττας.* Quale vero & quam longum temporis spatium hic & alibi intelligat Chrysostomus, ipse, ni fallor, declarat in Act. XI. Homil. XXV. Ubi p. 630 *Magnum enim*, inquit, *discrimen erat, & non oportebat Apostolos illinc pridem separari, ne putentur esse fugitivi, & suos fugisse: tunc autem necessario separantur, quando nulla ratione res Judaica curari poterant, quando bello incrudescere perituri erant, quando sententia pronuntiata. Quoniam quamdiu Paulus in Romam non pervenit, illic erant, scilicet Hierosolymæ. ΕΩΣ ΠΑΥΛΟΣ ΕΙΣ ΡΩΜΗΝ [μὴ] ΑΝΕΒΑΙΝΕΝ, ΕΚΕΙ ΗΣΑΝ.* Et hæc de Chrysostomo, qui mihi fere cum Auctore Chronici Alexandrini mox alegando facere videtur. Quod vero ad illam Apollonii traditionem attinet, ut taceam, in Actis Apostol. Petri tantum & Iohannis ac utriusque

usque Iacobi tanquam Hierosolymis remanentium fieri mentionem: certe Petrus & Iohannes hocce mandatum Domini transgressi fuissent, cum Hierosolymis Samariam profecti sunt, A& VIII. 14. vix triennio post resurrectionem elapso; Petrusque paucis abhinc annis in urbe Ioppe versatus est, A& X. 5. Unde vel ex ipsis Pontificiis DAN. PAPEBROCHIUS contendit, duos tantum annos Apollonium & Eusebium hic dicere voluisse: Alii vero alia ratione hæc conciliare student. Conf. ITTIGII *Selecta Capita H.E.* Sect. I. c. VII. Sect. V. §. IV. p. 437. Et ANTONIUS PAGO in *Critica ad Annales Baronii* an. Chr. 42. p. m. 37. disertis verbis fatetur: *Quo anno Apostolorum divisio facta, incertum, quemadmodum & utrum Apostoli ad omnia mundi climata perrexerint.* Idemque TILLEMONTIUS in incomparabili opere memorabil. *Hist. Eccl. Memoires pour Servir a l' Histoire Ecclesiastique* T. I. P. III. p. 976. & 171. statuit, ipse tamen elapso triennio, adeoque an. 36. converso paulo ante, ut putat, Cornelio, contigisse autumans. Certe Apostolis donum linguarum non eam ob causam collatum fuisse, ut Hierosolymis subsisterent, quivis facile perspiciet. Interim tamen eorum plures, si non omnes, occiso Stephano, congregatos fuisse, cum Petrus & Iohannes Samariam missi sunt, non iniuste colligitur ex A& VIII. 14, 25. Siquidem & οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀπόστολοι ἀπέστειλαν, cet. & illi Hierosolymam reversi sunt. Imo & in Judæa, vel si id negas, inter Judæos mansisse, donec Petrus ipsis conversionem Cornelii exposuit, videntur, A& XI. 1. quod anno 7. post resurrectionem Christi factum esse, observarunt præter PEARSONIUM viri docti haud pauci. Quorum si sequi licet auctoritatem, haud certe præter rem FRANCISCUS BIVARIUS nec uno eodemque tempore susceptam discessionem, & septem ad minimum annos post Christi mortem interponendos esse iam ante integrum Seculum iudicavit in *Chronico Pseudodextri* ad Ann. Christi XXXIV. Cui nequaquam obltare videntur verba LACTANTI, quando *Lib. de Mortibus Persecutorum* cap. 2. p. m. 523. edit Cantabr. 1685. scribit: *Inde (scilicet ab Ascensione Christi) discipuli, qui*  
*tunc*

tunc erat undecim, assumtis in locum Judæ proditionis Matthia & Paulo, dispersi sunt per omnem terram ad Evangelium prædicandum, sicut illis Magister Dominus imperaverat, & per annos XXV. usque ad principium Neroniani Imperii per omnes provincias & civitates ecclesie fundamenta miserunt. Is enim, omnes illos, qui inter ascensionem Servatoris & imperium Neronis numerantur, annos, complexus, universum Apostolorum tam inter Judæos quam gentes præconium Evangelii includit, haud determinans, quot annis solis Judæis prædicaverant. Licet non negavero conjecturam STEPH. BALUZZII in Notis ad hunc Lactantii tractatum, quem primus in lucem protraxerat, p. 10. & qui hunc sequitur, ANT. PAGO, l. c. p. 40. non prorsus de nihilo esse, cum ex his verbis Lactantii male intellectis opinionem illam Pontificiorum vulgarem de sede Petri Romana per XXV. annos ortam esse, ipsi Pontificii licet, iudicant; qua de re plura quidem hic dicere non vacat: addam tamen Cæl. BALUZZII conclusionem, siquidem ex ea patet, quanta cum timiditate opiniones ecclesie matris, etiam erroneas deserant Papistæ. *Itaque si fas esset, inquit, l. c. recedere a vulgi & in animis hominum insita opinione, ei Lactantium lubenter preferrem: id est, Petrum quidem Roma prædicasse, non sub Tiberio Claudio, sed sub Nerone Claudio.* Verum nec ex altera parte huic de discessu Apostolorum sententiæ contrariatur, quod idem Franciscanus eruditissimus p. 39. ex Auctore CHRONICI ALEXANDRINI protulit: nimirum quod Apostoli, anno VI. Claudii, quando celebratum fuit Concilium Hierosolymitanum, nondum a se invicem disiuncti fuerint. En verba huius Chronici e Bibl. Patrum magna, T. XV. Suppl. p. m. 65. *D. Rursum deinde Hierosolymam profectus Paulus cum Barnaba, cum Petrum & reliquos Apostolos una cum Jacobo fratre Domini reperisset, scribunt Epistolam Apostoli Antiochiam Syria, &c. Et post pauca: hinc planum fit, tunc etiam Catholicas ab Apostolis scriptas esse, antequam inter se disiungerentur. Et si solus Petrus quorundam auctoritate Scriptorum ex urbe scripserit.* Aut enim ille non de omnibus hic loquitur Apostolis,



sed de iis tantum, qui in hoc concilio aderant: aut egregie falli Auctorem necesse est; quis enim affirmaret reliquas Epistolas Catholicas, Johannis e. g. & Judæ ante discessum Apostolorum non esse exaratas; præsertim cum haud dicantur Catholicæ propterea, quod ab universis Apostolis, sed potius, quia non ad hanc vel illam ecclesiam, sed ad plures scriptæ sunt.

S. 3.

Omni isto tempore, & per aliquot post annos, Apostolis (in quorum numerum coelitus iam cooptatus D. Paulus) prædicationi Verbi iugiter intentis, haud vacabat certe quidquam in usum fidelium scriptis consignare (a). Quæque demum sub eorum nominibus primum prodire, breves duntaxat, aut certe haud adeo prolixæ Epistolæ erant, quibus Ecclesias a se recens fundatas seu plenius instructas, seu ab erroribus, aut etiam a vitiis repurgatas volebant.

(a) Rectius omnino noster hac in re, quam JOHANNES ENS, Theologus Batavus in supra a nobis laudata *Bibliotheca Sacra* sentit; qui cum toto capite IV. satis diffuse, nim. p. 17. - 75. probare annititur, plurimos Libros sacros & Θεοπνεύστους periisse; non modo asserit probabile esse, ceteros Apostolos scripsisse plures Epistolas, ut Paulus egit, p. 40. nec illud veritatis speciem habere, quod ipse Paulus non plures quam XIV. Epistolas scripserit, p. 41: verum expressis quoque verbis nobis contradicit, cum pag. 42. ita concludit: *Nullam igitur dedisset (PAULUS) ad Judæos, dum eos instituebat, Epistolam; deinde tot ad gentes? Præmissis XIV. annis nihil scripisset, sequentibus multum? Tunc utile iudicasset mox post discessum Litteras mittere, & antea nunquam id agere bonum ei visum fuisset? Non videtur.* Fas erit hoc loco non prorsus incongruo argumenta viri eruditissimi, quibus suam de deperditis N. T. Libris hypothesin stabilire conatur, paucis examinare: quo exinde patet, postremum hocce assertum minus esse probabile. Pri-

num. observavit §. II. *distinctionem* inter Libros *Canonicos* & *ἁγιόγραφοις* *verbalem* esse, non tamen *videri realem*. Id quod ex Libri canonici definitione probare contendit: *Si enim, inquit, Canonicum esse, nocet continere vita & morum Canonem; tum quicquid ἁγιόγραφον est, eo ipso Canonicum erit.* At cur non addit, *doctrinae quoque ac fidei canonem* continere, & quidem eiusmodi, qui *consilio ac inspiratione divina militanti omni a vi Ecclesie debuerit inservire*, licet cum quodam diversæ in V. & N. T. *œconomia discrimine?* Deinde §. III. & IV. monet, quænam sit *realis* inter nos & Pontificios *controversia* in articulo de perfectione S. Scripturæ? nimirum id primario in quaestione esse: *An librorum quorundam divinarum, qui vita & morum regulam continebant, interitus faciat, ut non perfecta dicenda sit S. S. norma, quæ habetur in illis libris quos bodierum comprehendit Bibliorum corpus?* quod cum illi affirmant, nostrates merito negant. Ubi licet cum ipso non diffiteamur, hanc consequentiam nullam esse, nec Pontificiis ullo modo concedendam; tamen & istud eis largiri non debemus, periiisse Libros quosdam canonicos, qui universæ totius Ecclesie canonici olim consilio divino adscripti fuerunt; quamdiu nullanos eo redigit necessitas. Quæ tantum abest, ut his deprehendatur, ut potius ex operose conquistis viri docti rationibus contrarium pateat. Non fert ratio instituti, quos ex V. T. tanquam deperditos §. VII -- XI. allegavit libros, examinare. Mirum tamen videtur, quod auctor existimet p. 15. ad rem tantam conficiendam sufficere testimonium THEODORETI, qui Seculo demum V. vixit; cum huic ORIGENEM, EUSEBIUM aliosque maioris & auctoritatis & antiquitatis patres opponere liceret, si auctoritatibus certandum esset. Mirum quoque, quod ad LIBRUM DOROTHEI p. 25. provocet, quem Tyri Sec. III. *Episcopum* dicit: cum non solum Liber iste *de vita & morte Prophetarum* iam dudum a VOS- SIO, aliisque *voûείας* adeo manifestæ convictus sit, ut nullam amplius obtineat auctoritatem; sed & in verbis ex eo allegatis nullum

huic sententiæ adsit præsidium. Taceo Dorotheum sub Juliano ultra medium Sec. IV. passum, vixisse quidem & Seculo III. meliori tamen iure ad sec IV. referendum esse. Tandem nec admiratione caret, quod doctissimus ENSIUS p. 31, de allegata prophetia Henochi iudicat. *Quapropter, inquit, existimo, quod Judas verba, qua citavit, hausit ex fragmento quodam genuino prophetia Henochi inter Judæos servato in suppositio illa Henochi factu. Nam suppositus ille Henochi liber mihi videtur constitutus ex fragmentis forte paucissimis veri scripti Henochi, & variis additamentis a diversis diverso tempore ei appositis.* Ergone Apostolus *Ἐσθραῆσος* verba Henochi ex libro ei supposito allegavit? Quis non potius, imo tutius eum ex inspiratione Spiritus Sancti hæc scripsisse putabit, qui & incognita manifestare potuit? aut unde, quæso, iste Pseudo-Henochus vera Henochi fragmenta etiam paucissima, mutuavit, cum eorum ne *γῆ* quidem in Scriptis Veteris Ecclesiæ canonicis inveniantur. Ipse JOSEPHUS ista omisit, manifesto indicio, quod in omnibus, quæ eius ætatem tulerant, Scriptis, nil præter ea, quæ Moses notavit, deprehenderit. Sed mittamus hæc, cum de Libris, qui ex V. T. periisse affirmantur, sermo non sit. Placet enim nobis sententia AUGUSTINI, qui & hic p. 20. allegatus est; is *de Civitate Dei* L. XVIII. c. 38. ita: *Ea, inquit, (nimiram Scripta V. T. dubia, de quibus iam dictum,) castitas canonis non receptis, non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reproberetur auctoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorum. Nec mirum debet videri quod suspecta habeantur, quæ tanta antiquitatis nomine proferuntur, quando quidem in ipsa historia Regum Judæ & Israel, quæ res gestas continet, de quibus eadem Scriptura canonice credimus, commemorantur, & in libris aliis inveniri dicuntur, quos Propheta scripserunt, & alibi eorum quoque Prophetarum nomina non tacentur, nec tamen inveniuntur in canone, quem populus Dei recepit. Cuius rei, fateor, causa me lætet, nisi quod ego existimo etiam ipsos, quibus ea, quæ in auctoritate religionis esse deberent, Sanctus utique Spiritus revelabat; alia sicut homines historica diligentia, alia sicut*

Pro-

Prophetas inspiratione divina scribere potuisse: atque hæc ita fuisse distincta, ut illa tanquam ipsi, ista vero tanquam Deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda. Ac si illa pertinerent ad ubertatem, in qua auctoritate custoditur Canon: præter quæ, si qua iam etiam sub nomine virorum Prophetarum Scripta proferruntur, nec ad ipsam copiam scientia valent, cetera. Hæc AUGUSTINUS: sed & ipse ENSIUS p. 21. concedit, dari Scripta auctorum Θεοπνεύτων sine Θεοπνευσία exarata, provocans ad Epistolam Davidis de Uria occidendo. Et licet mox addat §. VI. quod illi Auctores quando proferebant, quæ ad vitam & mores spectabant, PLERUMQUE si non semper, Spiritu S. fuerint repleti, & Θεοπνευσία ediderint verba: tamen & hic illud PLERUMQUE vel ipso invito ita limitandum esse, ut ad ea solum Scripta ex quæ in canonem pervenerunt, restringatur, ipsa suadet providentia divina, quæ & hæc inspiravit, & Ecclesiæ omnis ævi custodienda demandavit. Deveniamus iam ad rationes, quibus Scripta N. T. Apostolica & canonica deperdita esse probat. Primum eius argumentum est p. 22; Quod plurimi perierint Libri sub V. T. scripti; atque causa non est, ob quam non esset eadem ratio librorum sub V. & N. T. scriptorum. At, si vel maxime concederemus periisse non plurimos, sed aliquem librum V. T. divinum, quod tamen notandum evictum est: quid, quæso, inde sequitur aliud, quam hoc; quod & aliquis N. T. liber Apostolicus POTUERIT interire; & posse autem ad esse nulla valet consequentia. Alterum, quod p. 37. sqq. occurrit, argumentum tribus constat observationibus ad Scripta Apostolica, quarum prima est: quod utilissimum erat veteri Ecclesiæ multas accipere Apostolicas literas. Atque Apostoli erant paratissimi ad omnia agenda, quæ utilitati Ecclesiæ serviebant, imprimis ad literas dandas. Sed quis crederet virum doctum eiusmodi pugnare coniecturis, ubi res ipsa historica requirit argumenta ex probatissimorum istius & sequentis ævi Scriptorum testimonio petenda. Utilissimum erat, fateor, ecclesiis plantatis literas Apostolicas accipere: verum & æque utile, imo necessarium fuit novas ecclesias plantare. Pa-

ratissimi erant ad omnia Apostoli: Num *INPRIMIS* ad dan-  
 das litteras, sicut Auctor p. 36. ex Epistola Hierosolymitana  
 ad Antiochenos probare vult; an vero potius ad instruendum  
 presenti sermone populum? Certe hoc munere quotidie defua-  
 cti sunt, imitati non mandatum modo, verum exemplum quo-  
 que Magistri sui, qui toto triennio docuerat, nihil scripserat.  
 Litteras vero dabant, quando tale quid flagitabat Ecclesie hu-  
 ius vel illius status, ipseque Spiritus S. eos ad scribendum im-  
 pellebat. Sicut enim *ᾤδομενοι ὑπὸ τῆ πνεύματος & λόγῳ* locu-  
 ti sunt & *προφητείας γράφῃς* ediderunt Sancti Dei homines  
 2. Petr. I. 20. 21. & quidem quoad τὸ πᾶς & τὸ τί. Matth. X. 19:  
 ita tot tantisque donis Spiritus S. extraordinariis instructi Apo-  
 stoli non in re qualibet, sed summi momenti, nec nisi inspi-  
 rante Spiritu S. scripserunt, quæ Ecclesie istius simulque se-  
 quentium temporum instar canonis in doctrina & vita inservi-  
 rent. Quibus recte perpensis, reliquæ eius observationes ni-  
 hil quoque inferunt: quarum *altera* est p. 38. 199. *quod soli-  
 us Pauli XIV. habemus Epistolas; quod argumento est, illos Apo-  
 stolos, quorum nulla Scripta habemus, non plane neglexisse epi-  
 stolarum compositionem: siquidem aque prometi ad scribendum  
 erant quam Paulus, eundemque habebant Spiritum; & inter il-  
 los Petrus tanto agebatur fervore, ut vix cogitari queat, quod  
 Paulus eum antecesserit. Tertia vero p. 41. 199. quod ipse  
 Paulus videtur plures. quam XIV. Epistolas habuisse scribendas,  
 idque tam (a) ex statu Ecclesiarum ipsi conceditarum; fuerunt  
 enim fere omnes fraudibus Pseudo-Apostolorum expositæ, &  
 adversus eas confirmandæ: quam (b) ex tempore, quo omnes  
 XIV. quas habemus, epistola scriptæ sunt; quandoquidem inter  
 illas nulla exstat scripta primis XIV. ministerii Pauli annis, qui-  
 bus tamen longe lateque predicavit, cetera. Unde scilicet eli-  
 cere conatur Auctor, ante has, quas habemus, alias plures scri-  
 ptas esse litteras, quæ tamen ante constitutionem canonis N. T.  
 perierunt. Nemo enim non videt, haud quaquam deesse, quæ  
 his reponi possent, nisi brevitati operam darem. Taceo, quod  
 iam supra monui, cuncta non existentiam, sed possibilitatem  
 modo*

modò plurium Epistolarum Apostolicarum evincere; ostendere, inquam, non se ipsa scripsisse, sed tantum potuisse quoque forte reliquos Apostolos plures dedisse Epistolas: atqui vero quanam hæc est consequentia? Pergamus igitur ad *tertium* viri docti argumentum, quod spectatenus maioris erit ponderis, siquidem ipsa Apostolorum testimonia hic in acie collocavit: quæ tamen, si modo sine præiudicio explicentur, nequaquam id, quod vult, probant. Quod enim attinet ad 2. Thess. II. 1. 2. quam Epistolam recte inter Paulinas superstites ordine secundam statuit: vix quisquam præter Auctorem ex his verbis; *Rogamus vos, ne cibo dimoveamini a mente, neque terreamini, neque per spiritum neque per sermonem, præter diem et horam, neque per Epistolam tanquam per nos* (scriptam); concludet, quod Paulus hic supponat plures se iam scripsisse Epistolas, & scripturam porro ad Thesalonicenses. Conf. ABRAM. CALOVII *Observationes in Prefationem Grosii ad 1. Thess.* p. 851. Tom. IV. Bibl. Illustrat. Certe ego ne probabilem quidem huius assertionis ex verbis allegatis video consequentiam: neque etiam ex 2. Thess. III. 17. *ὁ δὲ ἁγίου ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὑμῖν*. Non enim inquit Apostolus, sic scripsi in omni epistola ad vos; sic enim forte iure quis colligere posset, eos plures quam has duas ab Apostolo accepisse Epistolas: sed sic scribo in quacunque Epistola, ad quoscunque etiam iam &c. in posterum scribere animus est. Æque parum habet præsidii in dicto 2. Cor. X. 9. 10. 11. vid. Ven. JO. CHRISTOPHORI WOLFFII *Cura Philologica & Critica* ad h. l. Ast quod ex prioris Epistolæ c. V. 9 allegat p. 51. nec non ille POLYCARPI ad Philippenses locus maiorem præ se ferunt difficultatem: quam tamen cum deinceps suo loco tollere nobis animus sit; sequitur Virum clarissimum nondum probasse, quod evincere voluit, scilicet scripsisse Apostolos primis quoque annis ministerii, eorumque scripta non pauca petiisse.

## EPISTOLA I. AD THESSALONIC.

## §. 4.

Ex his quæ hodieque exstant, prima quidem omnium est prior, quam scripsit D. Paulus ad *Thessalonicenses* (a). Cum Apostolus noster, itinere per varia loca factò, venisset tandem Thessalonicam (b) Act. XVII. 1. ibique per tria Sabbata in Synagoga Iudæorum Evangelium prædicans, aliquot ex Iudæis, ex Gentilibus autem multitudinem magnam (c) ac foeminas primarias hand paucas ad fidem convertisset; veritus iam, ne forte se ablente ipsorum fidem labefactasset ὁ περιστάων, misit Timotheum (unaque Silam ut apparet ex Act. XVIII. 5.) ut ipsos in fide roboraret, ac ad perseverantiam hortaretur. Ipsis autem Thessalonica reversis, fufiusque exponētibus, quo in statu res ibi fuerint, scripsit mox hanc, quam habemus ad *Thessalonicenses* Epistolam. Post reditum, inquam, Timothei: illud enim differte testatur, Cap. III. 6. huius Epistolæ. Ideoque non *Athenis* hanc scripsit, quod volunt exemplarium MSS. & excusorum (d) ὑπογραφαί, nondum enim redierat Timotheus e Macedonia, cum Paulus Athenis ageret; sed *Cerinthi*, ubi iam versabatur, cum ad eum reverterentur Silas & Timotheus Act. XVIII. 5. circa annum æræ Vulgaris LII. (e)

(a) Scilicet post illam Apostolicam ad gentes in genere, speciatim vero ad Ecclesiam Antiochenam missam, quæ Act. XV. 23, -- 29. exstat, omniumque prima, imò initium scriptionis in N. T. esse videtur. Ceterum in diversa abeunt Viri eruditi, ordinem ac tempus, quo quisque liber N. T. exaratus fuerit, exponentes: quorum quidem, inprimis in ordinandis Epistolis, si non omnium, certe præcipuorum, qui hic in censum veniunt, ac nominatim BARONII, PETAVII, USSERII, LUD. CAPEL,

CAPELLI, ALTSTEDII, MILLII NOSTRI, HAMMONDI, CLERICI, GODOF. ARNOLDI, SANDHAGENII, JO. ACH. LANGII, LIGHTFOOTI, SAL. VAN TIL, & JO. JAC. HOTTINGERI sententias recensuit, & in tabulis chronologicis dispositas, quo eo melius oculis legentium subicerentur, *Commentationi* suæ *Critica ad Libros N. T.* inseruit Celeb. JUSTUS WESSELUS, RŪMPÆUS p. 121--128. §. XXXII. ubi tamen in catalogo Ven. LANGII *Epistola ad Galatas & Jacobi* aliæque scripta N. Fœderis omissa suppleri possunt ex *Historia* ipsius *Eccles. N. T. Sec. I. c. III. memb. I. p. 315. sqq.* Taceo, quod in serie GOD. ARNOLDI contra eius mentem assertum est, infra suo loco commemorandum. Præ omnibus vero is, quem noster hic non sine rationibus tradidit, Librorum N. T. ordo, iam ante a IO. PEARSONIO, in Antiquitatibus Ecclesiasticis versatissimo, receptus sese commendavit, approbatus præterea uti ab aliis, ita etiam a Cel. Polyhistore FABRICIO in *Bibl. Gr. Lib. IV. c. V. num. I. p. 121. sqq.* Proxime quoque ad eum accedit Ven. LANGIUS, l. c. Primum, si non inter omnes N. fœderis libros, quippe quem non pauci Evangelio Matthæi vindicare volunt, uti infra monebimus, certe inter Epistolas locum huic priori ad Thessalonicenses una cum MILLIO consensu quodam tribuunt viri docti, exceptis forte paucis, e. g. BARONIO, HAMMONDO, GROTIUS &c, qui minus certa coniectura ex hac nostra alteram, ex posteriori vero primam facit in *Prefatione* ad 1. Thess. & 2. Thess. III. 17. a nostro, CALOVIO, aliisque, præsertim vero SAMUELE BASNAGE in *Annalibus Politico Ecclesiasticis* ad an. Ch. 51. §. 74. p. 651. T. L. ea propter iure castigatus. Et licet IOH. BRAUNIUS in recensendo hanc sententiam dubius quasi hæreat: tamen non addit quicquam, unde ea possit confirmari, in *Select. Sacr. Lib. I. c. IX. p. 137. §. CLI.* Ipsorum Patrum quidam hanc nostram primum inter Epistolas tenere locum iam dudum observarunt. THEODOR. RETUS ad Rom. I. *Πρώτην δὴ γέγραπται νομίζω τὴν πρὸς Θεσσαλονικίας τὴν πρώτην. --- Σήμερον δὲ πάλιν χρόνον δια-*

C

δόντῳ,



ἴσονται, τοῖς αὐτοῖς τὴν δευτέραν ἐπέσειλα. *Primam scriptam esse existimo priorem ad Thessalonicenses. --- Rursus autem, cum non multum temporis prateriisset, iisdem scripsit secundam.* To. III. Opp p. 2, 3. Edit. Sirmondi, Paris. 1642. Idemque ante cum sensiste CHRYSOSTOMUM patet ex collatione eorum, quæ de tempore cuiusvis Epistolæ Paulinæ docet ipsius *Ἐπιστολὴς τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς,*

- (b) Thessalonica civitas Macedoniae Propriæ erat, & olim celeberrima, & hodie etiamnum frequentia civium abundans, præfertim Iudæorum; quorum in utroque, quod ibi habent, collegio, supra 10000 discentes numerantur. Ex antiquissimis Geographis eius meminere STRABO Lib VII. p. m. 375 edit. Xylandri, qui eam in Thermaico sinu collocat, & suo quoque tempore præ aliis hominum copia florere ait: ἡ γὰρ μέγιστα τῶν ἄλλων ἐσὶν ἀνδρεί. POMPONIUS MELA, qui eam itidem ad *ingentem sinum Thermaicum ante Axium fluvium* Lib. II. p. m. 186. edit. Franecq 1700. & PLINIUS, qui *in medio flexu litoris* sitam esse ait, *CXIV. millia passuum a Dyrrachio*, hodie Durazzo, urbem *libere conditionis*, Lib. IV. c. X. ubi HARDUINUS in notis p. m. 434. To. I. observat, ab urbe Θέσση, quæ Thermaico sinui nomen dedit, transductos cives fuisse Thessalonicam, indeque a quibusdam ipsam Thermen Thessalonicam creditam esse: id quod *Ἀὐτοῦ τῶν χρησιμαθειῶν Strabonis*, qui secundum DODWELLUM ad Sec. X. a N. Ch referendus est, in *diff VI ad Scriptores Græcos minores Geographia veteris* T. II. §. 4. sqq. & 13. sqq. p. 170. & 188 edit. Oxon. 1703. disertis verbis statuit; addens quoque circumiacentia oppidula, Chalastram, Æneam, Cissum, aliaque a Cassandro huc deducta esse. Audiamus ipsa eius verba, siquidem ex eo, quod habemus, Strabonis opere exciderunt: *Μετὰ τὸν ἄξιον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἡ πρότερον Θέσση ἐκαλεῖτο κτίσμα δ' ἐστὶν Κασσάνδρου, ὃς ἐπὶ τῷ ἀνόματι τῆς ἑαυτῆς γυναίκος, παιδοῦ δὲ Φιλίππου τῆς ἑμῆς ἀνόμασεν: μετακίσεν δὲ τὰ περίεξ πόλιν εἰς αὐτὴν ὅσα χαλασῶν, Αἰνεῶν, Κισσῶν, καὶ τινῶν ἄλλων. i. e. Post Axium fluvium Thessalonica urbs est, prius Thermae dicta, a Cassandro ædificata. Is de nomine uxoris, qua si-*  
lia

lia erat Philippi, Amynta filii, urbem hanc ita appellavit, atque circumiacentia oppidula in eam deduxit; ut Cbalastram, Æneam, Cissum, & quadam alia p. 106, 199. Sed & STEPHANUS BYZANTINUS, Seculi V. Scriptor ex ipso Strabone Κασιάνδρος κτίσμα vocat, addens tamen ἦτις ἀπὸ ἐκαλέστο ἄλλια; qua quidem ratione ansam suppeditat dubitandi, utrum eodem, quo antiqua Therme, an vero potius alio in loco, huic tamen vicino constructa fuerit Thessalonica, imprimis cum PLINIUS quoque l. c. Thermen a Thessalonica distinctam nominet Idem Stephanus nomen eius vel a Philippi de *Thessalis* illic reportata *victoria*; prout JULIANUS quoque Orat. III. opinatur, Opp. p. 107. edit. Spanhemii: vel ab uxore Cassandri *Thessalonica* filia Philippi & Nicasipolis derivat, p. m. 306 edit. Amstelod. 1678. Certe Cassandrum habuisse Philippi filiam Thessalonice in matrimonio, testatur PAUSANIAS in *Descripi. Græcie* L. VIII. c. VII. p. 612. edit. Lips. 1696. id quod supplendis tabulis Macedoniæ Regum Genealogicis inservire potest. Ad antiquam verò *Thermen* quod attinet, vix cum TZETZE facere possum, qui *Chiliad.* 10 v. 175. *vicum* tantum fuisse putat: Siquidem hic seculi demum XII. Scriptor neminem ex antiquis pro sua sententiâ allegat; HERODOTUS vero iam in eo, quod Græcis Xerxes intulit, bello Θέρμης πόλις facit mentionem, Lib. VII. c. 123, 124, 127 & 128. p. m. 421. 422. edit. Iungerman. & SCYLAX in *Periplo*, Θέρμη πόλις habet, p. 26. in *Geogr. Vet. Scriptoribus Græcis minoribus* To. I. edit. Oxon. 1698. Quin & THUCYDIDES idem haud obscure confirmat, cum Athenienses in *Macedoniâ* profectos ex suis mille priores, Θέρμην ἀπὸ τῆς ἡσυχίας, Πυδναμque iam oppugnantes invenisse enarrat. Lib. I. p. 40 Confer. *Scholias* ad h. l. in edit. Hudsoni. Sed satis in origines Thessalonice, ex antiquis Geographiæ & Historiæ monumentis inquisivimus; non quidem absque nostro tædio; nec forte prorsus pro instituti ratione, quippe cum ex istis omnibus vix ad nostrum fere scopum quicquam colligere liceat, nisi quod urbs illa tribus modo ante Christum natum seculis condita sit, ex interitu vicinorum

rum oppidorum sua capiens incrementa; neque tamen ea propter *αρχήσεως* hæc in ordinem redacta esse norunt illi, quibus litteræ in deliciis sunt. Deveniamus iam ad sequentia eius facta, ubi haud exiguae lacunæ & pauca explorata. Urbem fuisse maritimam supra observavimus; portu tamen usque ad tempora Constantini M. caruisse nos docet ZOSIMUS: is enim de vicis Sarmatis *ἐπὶ τὴν Θεσσαλονικίην ἐχώρει, ἃ τὸν ἐν ταύτῃ λιμένα περὶτέρον ἐν ὄντα κατασκευάσας, Θεσσαλονικίαν ἀπέβη, PORTUM QUE, QUI ANTEHAC NULLUS ERAT, confecit,* Histor. Lib. II. c. XXII. p. m. 162. sq. edit. Cellarii, forte quo ex provinciis occidentalibus per mare Adriaticum Dyrrachium vel Apolloniam, indeque per Græciam & Thessalonicam ad sedem imperii via brevissima posset perveniri. Idemque deinceps Theodosium M. sæpius ibi commemoratum esse docet, Lib. IV. c. XXV, XXVII, & XLII. Quin & ibidem baptizatus est, teste SOCRATE Hist. Eccl. Lib. V. c. VI. De seditione vero a civibus Thessalonicensibus, ob causam Christianis utique indignam mota, eorumque cæde an. Ch. 390. iussu Theodosii facta videatur SOZOMENUS Lib. VII. c. XXV, & THEODORITUS Lib. V. c. XVII. XVIII. Et istis quidem temporibus crevisse urbem, facile est iudicatu; verum Octavii quoque Augusti ævo, adeoque & tempore prædicati a Paulo Evangelii, ditissimis Græciæ urbibus debuisse annumerari, inter alia colligo exinde, quod M. Brutus paulo ante ultimum conflictum, *Lacedæmonem & Thessalonicam* diripiendas militibus, si victoria potiretur, se concessurum promiserat, apud APPIANUM ALEXANDRINUM *de Bello Civili* Lib. IV. p. m. 1053. edit. Amstel. 1670. Sed & bello Pompeiano cum Consulibus Thessalonicæ CC. Senatores Rom. egisse, & ad præscriptum legis locum ad auspicia capienda publicum fecisse, ut iam & universus ibi populus, & urbs ipsa (Roma) videri posset, testatur DIO CASSIUS L. XLI. p. m. 172. edit. Wechel. Ipseque Historiæ Romanæ princeps LIVIUS L. XLV. post enarratam novam Macedoniæ ex Senatus consulto in IV. regiones divisionem, *capita regionum, ubi concilia fierent, recenset, puta pri-*

*secunda regionis Amphipollim; SECUNDÆ Strymonem inter Axiamque fluvios, THESSALONICEM; tertia Pellam, quarta Pelagoniam; addens THESSALONICEM & Cassandriam celeberrimas fuisse urbes.* p. m. 1218, 1219. edit. Francof. 1696. Facta hæc divisio A. M. 4837. & Macedonia simul concessa libertas. Quam tamen civis vix quatuorfrui iustis permisit Andronicus: quem ut cepit Metellus, *Macedoniam servitute multavit*, teste FLORO L. II. c. XIV. p. m. 83. edit. Grævii. Inde populi Romani fuit provincia, quæ per Proconsules regeretur, donec eam Tiberius cum Athia ad curam suam transferret & per electos a se extra sortem præsides vel legatos administraret, Tacitus Annal. I. 76. 3. quod tamen à Claudio immutatum, qui ambas illas, quibus fere universa, quam late patuit Græcia tunc continebatur, provincias Senatui fortique reddidit, vid. SVETONIUS in Tib. Claudio c. XXV. p. m. 518. edit. Hackii: & DIO L. LX. p. m. 678. coll. L. LIII. p. 502. septentrio ante prædicatum à Paulo Evangelium. Conf. 1. Thess. 1. 7, 8, sq. c. IV. 10. 2. Cor. VIII. 1, sqq. Et sic quidem hanc urbem eo tempore cum reliqua Macedonia servivisse Romanis crederem, adstipulante fere CHRISTOPH. CELLARIO, viro in his litteris summo, *Notitia Orbis Antiqui* L. II. c. XIII. p. 1045: qui sub Romanis facile principem Macedoniae urbem sedemque Præsidis & Quæstoris fuisse colligit ex verbis CICERONIS pro Plancio c. XLI. *Thessalonicam me in Quæstorium perduxit* Plancius scilicet Quæstor. Verum obstat PLINIUS I. supra c. qui Thessalonicam *LIBERAE CONDITIONIS* fuisse asserit. *Libera* ergo urbs, non *immunis*, multo minus *votivialis* fuit, suis fruens legibus & iure magistratus suo ipsorum arbitrio ex suacivitate legendi. Id quod & confirmare videtur LUCAS, cum Ialonem & fratres non ad Quæstorem, nedum Prætozem Romanum ductos fuisse, sed *ἐν τῶν πολιτάρχων*, c. XVII. 6, 8. testatur. Forte ob antiquissimas illas cum ÆNEATIS necessitudines, quos Thessalonicam migrasse supra ex STRABONE observavimus, & Consules tempore belli Pompeiani cum Senatoribus hanc urbem elegerint, & eidem quo-

que libertas concessa fuerit, reliqua Macedonia sub iugum missa. Non enim latuisse Romanos hanc necessitudinem colligo ex DIONYSIO HALICARNASSENSI: postquam enim πόλιν Ἀνεϊαν ab Ænea conditam esse, in qua eos, qui propter laborum molestias ac fastidium navigationis incommoda diutius pati non poterant, & quotquot ibi manere voverant, tanquam in patrio solo posthac habitaturos, reliquisse affirmarat; addit, ἐπὶ δὲ τῆς Κασσάνδρου βασιλείας καθρέθη, ὅτι Θεσσαλονικη πόλις ἐκτίετο ἢ οἱ Ἀνεϊάται συν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὴν κρόντισον μετακίησαν. i. e. Sed *Cassandro regnante eversa est, quando urbs Thessalonice condabatur: & Æneate cum multis aliis in hanc urbem recens conditam migrarunt.* Antiqq. Rom. L. I. c. 49. p. m. 39. edit. Hudsoni 1704. Neque tamen omnis hoc ipso fides Ciceroni detrahitur: notum enim est, plures in una provincia conventus fuisse luridicos, eosque ni fallor, in civitate quoque sive libera sive immuni, potuisse haberi. Et hæc quidem de *Urbis origine, conditione ac statu civili*: reliqua, quæ ad ipsum *Ecclesia statum tam internum quam externum* pertinent, ex LUCA in Actis partim, partim ex hac ipsa & sequenti epistola petere necesse est, id quod erudite præstitit Ven. IOACHIMUS LANGIUS in *Commentatione de vita & Epistolis Pauli* Sect. II. c. III. §. XX. XXI. XXIV. XXXV. & XXXVI. p. 81. 83. & 94.

- (c) Sic recte noster de cœtû eorum, qui Thessalonice Christo nomen dederunt haud exiguo, ex mente ipsius D. LUCÆ Act. XVII. 4. imo propriis eius verbis loquitur. Ast longe aliter Doctissimus IO. ENS, in Biblioth. Sacra, p. 298. qui, dum in eo est, ut celebritatem Ecclesiæ Colossensium, præ Thessalonicensi secundum hypothesin suam confirmet, contra claram Sacri textus litteram, *pauca sane*, inquit, *videntur fuisse ibi Ecclesia membra* Id Lucas indicat Act. XVII. 4 qui solummodo *conversos dicit nonnullos Indæos, & NB. quosdam religiosos Græcos.* LUCAS vero habet: ἐλλήνων πολὺ πλῆθος. Addit in seq. rationem: *Quæ paucitas credentium Thessalonice causa fuisse videtur, quod Philippenses Paulo Thessalonice degenti, necessaria sub-*  
*ministra-*

*ministrare debuerint, quo de facto legimus Phil. IV. 16. Quæ vero vix alicuius est momenti, cum Apostolus prorsus eadem ratione egerit cum Corinthiis, ceu constat ex 2. Cor. XI. 7, 8. quam tamen ille Ecclesiam post Romanam fuisse longe celeberrimam lubens fatetur. Versati quidem sunt e veteribus in eadem sententia præter THOPHYLACTUM ad 1. Thess. I. 1, alii quidam: sed quorum auctoritas, præterquam quod sæculo Apostolico remotiores, contra expressum Lucæ testimonium nil valet. Longe igitur hanc rem cautius tractavit IOH. BRAUNIUS in *Select. Sacr.* c. IX. ubi de Epistolis ad Thessalonicenses, ad quas scriptæ fuerint, ex professo egit: is enim, licet Grotio concedat, scriptas esse inter alios ad Iasonem Iudæum, apud quem Paulus & Silas Thessalonicæ prædicantes Evangelium, hospitium habuerant §. CL; tamen gentiles in hac Ecclesia fuisse ad Christum conversos recte statuit ex 1. Thess. I. 9. ἐπετρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δαλείων Θεῷ ζῶντι ἢ ἀληθινῷ, eorumque magnam fuisse multitudinem nobiscum concludit ex Act. XVII. 4. *Falsum est*, inquit CEB. BASNAGE *Annal. T. I. p. 652.* contra Grotium, *scriptam esse ad Iasonem Iudæum; cum vana coniectoris opinio hac verbis repugnet Epistola: Paulus, Silvanus, Timotheus, ECCLESIAE THESSALONICENSIIUM.**

(d) Quod ad *In- & Subscriptions* attinet, iam dudum Viris doctis notatum est, easdem non esse *Θεοπνεύτως*, vel ab Apostolo quodam profectas, sed posterioribus temporibus ex coniectura, eaque haud ubique satis accurata; quod patet 1. Exinde, quia ipsa Subscriptionum littera sæpe fallit: e.g. in hac, ut & *II ad Thessal. I. ad Corinthios, ad Galatas, & I. ad Timotheum.* De reliquis egit Auctor suis infra locis. *Ultima* vero Subscriptionis artifex, eandem ævo Constantini M vel æqualem vel inferiorem esse, minus considerate prodidit, scribendo Laodicæam metropolim fuisse Phrygiæ *Pasathana*: siquidem hæc vox, licet in omnibus codicibus Mss. excepto tantum *Alexandrino, Syro & Arabe in Polygl.* occurrat, teste MILLIO adh. I. tamen ævo Apostolico prorsus fuit ignota, cum demum sub Constantino M.

Sec.

Sec. IV. Phrygia Maior in primam sive Pacatianam, & secundam sive salutarem dividi cœperit; & prima quidem nomen a Præfide suo *Pacatiano*, qui simul Præfectus Prætorio erat, sortita est.

2. Ex eliminatione earum in quibusdam Codicibus MSS. antiquissimis: sic e. g. teste MILLIO nostro in notis ad Gal. VI. defunt omnes subscriptiones in Codicibus *Clavomontano* & *S. Germani*, utroque Epistolico tantum, sed græco latino & antiquissimo. Haud paucæ in Codice optimo ac vetustissimo *Alexandrino* desiderantur; vel integræ, puta in *Epist. ad Romanos*, I. & II. *ad Corinthios*, &c. vel magna ex parte, sic in *subscriptione Epistola ad Titum* defunt verba: τῆς Κρητῶν Ἐκκλησίας πρώτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα. & rursus: τῆς Μανεδονίας, Eodemque modo in aliis. Et huiusmodi defectus Subscriptionum in *Cesar. Viennensi* aliisque pluribus bonæ notæ Codicibus adest.

3. Ex reali discrepantia ac ipsorum mutatione locorum, quæ & hic interdum observatur: dum scilicet vel Codices Mss. ab invicem, vel a versionibus, Syriaca, ac reliquis antiquis; vel denique inter se in diversa abeunt. Hinc est, quod Viri docti conciliant, EUTHALIUM Episcopum Sulcensem has postras hypographas addidisse; quippe qui Pauli Epistolas, cum Diaconi adhuc munere fungeretur iuvenis circa an. Chr. 458. Austusque Apostolorum & Catholicas Epistolas Episcopalem dignitatem iam adeptus, lectionibus, capitulis, ac versiculis distinctinxit; argumentis præterea, capitulorum indicibus atque catalogis auctoritatum Scripturæ, quæ in ipsis laudantur, illustravit, istaque deinde ex Codicibus Bibliothecæ Cæsariensis accurate recensita, misit ad Athanasium Alexandrinum iuniorem, circa an. Ch. 490. Nisi forte pius quidam Pater, qui iam ante eum circa an. Chr. 396. Epistolas Pauli in capita digesserat, quemque Euthalius secutus est, Epistolarum quoque in- & subscriptiones sibi vindicet. Euthalii elucubrations infra sæpius allegandæ non semel vulgatæ, imo quoque quibusdam N. T. Editionibus adiectæ sunt; universas vero ex Codd. Vaticanis

accurate descripsit, & cum latina versione sua notisque ac eruditus Prolegomenis edidit LAURENTIUS ZACCAGNIUS in *Collectaneis monumentorum veterum Ecclesie graecae* Rom. 1698. 4. FABRICII Bibl. Gr. lib. V. c. 24. vol. VIII. p. 367. conf. Lib. IV. c. V. Vol. III. p. 123. b)

(e) Adiciam hic maioris illustrationis ergo, quæ ad finem huius Epistolæ in Notis suis observavit, noster: ΑΠΟ ΑΘΗΝΩΝ *constanter CODD. GRÆCI, qui hypographen adiectam habent; etiam ALEXANDRINUS. Ut & ATHANASIUS in Synopsi, THEODORETUS, alii; (addo EUTHALIUM quoque p. 656; OECUMENIUM in Commentarii ad hanc Epistolam initio; & THEOPHYLACTUM in fine) PROLOGUS item Lat. Codd. præfixus. SYR. ARAB. Occasionem Inscriptioni dedisse puto, quod cap. 3. huius Epistolæ dicit Apostolus, μηκέτι ἔργον ἔς εὐδοκῆσαμεν καπαλαβῆσθαι EN ΑΘΗΝΑΙΣ μόνον. Ex hoc scilicet in proclivi erat colligere, Epistolam Athenis datam. Atqui vero nihil clarius, quam CORINTHI eam scriptam fuisse. Cum enim Apostolus Athinas peruenisset, atque illuc ad se Timotheum e Beroea Macedonia accersivisset, Act. XVII. 15. sollicitus ac metuens Thessalonicensibus, ne propter afflictiones, quas post ipsius discessum ab adversariis fidei patiebantur, animo conciderent, ad eos rursus, Athenis adhuc agens, Timotheum misit: ut eos in fide confirmaret, atque in tribulationibus consolaretur; ut apparet ex huius Epistolæ c. III. 1. &c. Porro Timotheus non ATHENAS, sed CORINTHUM e Thessalonica ad eum rediit una cum Sila, Act. XIIX. 5. Atqui statim post Timothei ad eum reditum scriptam esse hanc Epistolam ex capite eius tertio constat: adeoque & Corinthi; ubi per annum & sex menses commoratus est. Post ΑΘΗΝΩΝ addunt PER TIMOTHEUM, Syr. Arab. ΔΙΑ ΣΙΛΩΤΑΝΟΥ ΚΑΙ ΤΙΜΟΘΕΟΥ, Laud. 2. (i. e. Codex membranaceus in quarto grandiori a D. Guil. Laud, Archiep. Cantuariensi academiae Oxoniensi donatus, ac ante annos 400. & quod excurrit, scriptus; continens universum N. T., excepta Apocalypsi) ex cap. III 20. cum tamen hi ipsi fuerint, a quibus Epistola ista mitteretur. Per TICHICUM ET ONESIMUM Prologus latinis Codicibus*

D

præfi.



*præfixus.* Hactenus MILLIUS; quocum profus consentit, difficultates huius subscriptionis recensens SEBASTIANUS NANUS DE TILLEMONT in opere supra laudato *Memoires pour servir a l' Histoire Ecclesiastique des Six premiers Siecles* T. I. P. II. p. m. 817 199. edit. Bruxell. qui & de Onesimo observavit, quæ ad Epistolam II. ad Theff. notavit noster, nimirum fuisse eum longo post hanc epistolam intervallo demum a Paulo conversum. Uberius eruditissimus SAM. BASNAGE falsam esse subscriptionem demonstravit in præclaro opere *Annalium* sup. cit. T. I. p. 652. § 75. Consentiant quoque præter PE-ARSONIUM, aliosque recentiores, BEZA, BARONIUS, CORNELIUS A LAPIDE, ceterique a magno CALOVIO allegati, qui tamen ipse rationes dubitandi habet, utrum *Atbenis*, an vero *Corinthi* exarata sit Epistola? Vide *Bibl. Illustr.* T. IV. in fine præloquii ad 1. Theff. p. 854. Neque tamen Beza aut Baronius primi sunt, a quibus hanc observationem mutuari necesse sit, quippe quam apud nostratem MATTIAM FLACIUM, virum in his litteris exercitatissimum, in ipsius *Glossa compendiaris* N. T. ad 2. Theff. III. 1. p. 1014. deprehendi, qui iisdem ac Millius usus est argumentis.

## S. 5.

Ipsius autem divinæ auctoritatis in ipsis eiusdem verbis indicia apparent satis luculenta (a). Neque enim Pauli modo est, sed illius speciatim, qui *παραγγελίας* in hac Epistola comprehensas *Thessalonicensibus* suis dederit *διὰ τῆ ἰησοῦ*: adeo, ut qui ipsius auctoritatem reiecerit, non hominem reiiciat, sed ipsum Deum, qui Spiritum S. ipsi dederat. c. IV. 2, 8. (b) Ibidem porro *ῥ. 15.* quæ de resurrectione profert, ea se dictare ait ex inspiratione divina, *ἐν λόγῳ κυρίου*. Ne dicam, quod Epistola hæc una sit ex iis, quas D. Petrus peculiari Elogio ac testimonio suo comprobavit. Quæ enim in hac de Christi adventu, dicta sunt, Eum mortuos  
secum

secum ducturum, eoque tempore quo mortuos resuscitat, etiam vivos qui reliqui fuerint, rapturum in coelos: ea certe illa ipsa *δυσνόητα* sunt, quæ quosdam minus stabiles perperam interpretatos fuisse ait *Petrus*, in suum ipsorum exitium. 2. Petr. III. 16. (c). Resurrectionis enim, ac futuri præmii spem omnem abiecerunt, eo quod ista statim in eorum diebus non contigerint; adeoque facile se abripi passi sunt in *αἰρέσεις ἀπωλείας*, uti ex Cap. II. 5. 1. discimus. Imo vero Petrus adeo aperte ad hanc inprimis Epistolam oculos intendebat, ut eodem fere modo suam istam finiat & concludat, quo hanc frater Paulus, imo & eadem phrasi subitaneum Domini adventum indicet, qua Apostolus hic noster 2. Petr. III. 10. 1. Thess. V. 2. Uterque dicit, diem Domini venturum *sicut furem in nocte*. (d)

(d) Recte utique Auctor divinam huius & deinceps uniuscuiusque Libri N. T. auctoritatem derivare nititur ex argumentis in-  
 fitis & testimonio Scriptoris imo Spiritus S. de suo Scripto: si-  
 quidem hic ipsi cum iis res est, qui Christo nomen dederunt  
 nec ipsius S. Scripturæ auctoritatem in dubium vocarunt. In-  
 terim tamen, cum pro diverso scopo & hostibus, quibuscum no-  
 bis certandum est, diversimode quoque hæc summi momenti  
 materia tractari queat: vix ultra limites vagari me puto, si quo  
 loco ac ordine hæc demum in acie collocanda sint argumenta,  
 paucis ostendero. Solent nimirum sic dicti Naturalistæ ipsam  
 revelationis in genere existentiam vel aperte negare, vel certe  
 per cuniculos suspectam reddere: haud ignari, si eam concesser-  
 rint, facili se quoque eo usque redigi posse opera; ut & reli-  
 qua Christianæ Religionis capita concedere necessum habeant.  
 Prima ergo Theologi contra miserrimos istos mortalium aucto-  
 ritatem S. Scripturæ defendentis cura erit: ex ipsis, quæ sana  
 ratio homini de Deo dicitur principiis, *necessitatem divina re-  
 velationis una cum genuinis eiusdem characteribus demonstrare.*  
 Quibus stabilitis, *reliquarum* deinde, quæ omni tempore hic

illic iactatæ sunt, *revelationum vanitas* facile se prodens negotio: *nostræ vero auctoritas divina*, assumtis simul *aliis*, quæ hic adduci solent ac debent, *rationibus*, ostendenda est. Ac tum demum *hæc* cuilibet parti eius insita *criteria* adversarium de divina cuiusvis Libri fide convincunt: siquidem ex iis cognoscit, auctorem, ceteroquin *θεόπνευστον*, ista quoque ex revelatione divina conscripsisse.

(b) Qui contra ab ipso acceperit *λόγον ἀκροῆς*, is non *λόγον ἀνθεώπων*, ἀλλὰ, καθὼς ἐστὶν ἀληθείας, λόγον τῷ Θεῷ acceperit 1. Theff. II. 13. Siquidem APOSTOLO huic IESU CHRISTI *commendatum & concreditum erat Evangelium Dei*, ψ. 4. id quod etiam *non ἐκ πλάνης*, &c. ψ. 3. *neque ut hominibus placens*, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας, ψ. 4. ipsis tradiderat *ἐν δυνάμει, & ἐν πνεύματι ἀγίῳ* c. I. 5. non viva solum voce, verum in hac quoque Epistola: eam enim ob rem addita huic est obtestatio imo *adiuratio* gravissima, *ut recitaretur omnibus sanctis fratribus* c. V. 27. quippe in qua τὸ θεῆμα τῷ Θεῷ c. IV. 3. & adhortatio *ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ* ipsis præscripta erat, quo eo magis in omnibus, quæ Deo placebant, excellerent, ψ. 1. *Duplici* hic occurrendum est *exceptioni*, dum in primordio Librorum N. T. versamur: ne scilicet quis nos oleum & operam perdere existimet, quando in sqq. eiusmodi argumenta, pro demonstranda eorum *θεοπνευστία* & auctoritate canonica producimus. *Prior* est: poste ista effata omnia ad nostri quoque temporis Doctores, qui res Theologicas vel scripto vel viva tradunt voce, applicari. *Alter*a: Si vel maxime *θεοπνευστίαν* Apostolorum innuant; tamen in iisdem de viva eorum voce, non vero de scriptis sermonem esse. Utrique ut satisfiat, *supponimus* necessitatem ac veritatem revelationis divinæ non oralis modo, sed etiam scriptæ in V. T. *Supponimus quoque* oeconomiam eius fœderis fuisse typicam & egenam, abrogandam ac perficiendam per Messiam, conf. Jer. III. 16. c. XXXI. 31. sq. Dan IX. 24. 27. qui loco istius novam institueret, ad quam invitandæ essent omnes gentes. Jam cum Messias in statu exinanitionis constitutus propter officium mediatorium implendum,

dum, non nisi in sola Palæstina hæc ipse peragere potuerit: necesse fuit ad hanc novam inter gentes propagandam œconomiam, alios seligere Doctores, eosque, si non maioribus, certe iisdem instruere Spiritus S. donis, quibus gavisi erant Sancti V. T. Vates; qui non modo ὑπὸ πνεύματι ἁγίῳ φερόμενοι locuti erant, sed quorum quoque πάντα γραφὴ θεόπνευτος, & προφητεία γραφῆς adeo firmus erat sermo propheticus, ut ne ipsi quidem voci cœlesti cederet, confirmatus insuper variis editis miraculis. Conf. 2. Tim. III. 16. 2. Petr. I. 18 -- 21. Quod si Doctores N. Fœderis non iisdem divinis ad docendum donis, eadem facultate præditi, sed his inferiores fuissent, certe non antiquam illam abrogare, novamque œconomiam inter Iudæos & gentes eo cum successu, qui scopo divino ac regno Messie convenienter erat, i. e. optimo, propagare potuissent, sed eo potius excidissent. Accedit ipsa œconomia N. F. præ veteri excellentia. Hæc in gratiam Iudæorum ad tempus instituta habebat doctores ore & Scriptis θεόπνευτος; & licet huic populo non adeo fuisset difficile, partim per patres ac capita familiarum, partim per viros Synedrii & doctores in Synagogis revelationem oralem in posteros propagare: tamen ne vel ullo modo sive corrumpere, sive traderetur oblivioni, magna illis DEUS revelationis suæ litteris consignatæ concessit volumina; ne scilicet fides eorum verbis humanis sed divinis niteretur. Illa vero, quæ in locum huius successit, quæque ab ipso Dei filio ea propter inter homines agente instituta erat, religio Christiana ad omnes gentes eorumque posteros propaganda, ad finem Seculi duratura, non haberet doctores æque θεόπνευτος? illa ex institutione divina per homines sibi relictos, suumque in docendo sine inspiratione divina sequentes ingenium toti traderetur orbi? illa denique si vel maxime per doctores divinos initio tradita esset viva voce: tamen deinceps his mortuis in tanta hæreticorum inundatione, Iudæorum pravitate, gentium cœcitate ad remotissimas & novissimas gentes sine formidine mendacii & corruptionis, ea cum fidei non humanæ sed divinæ πληροφορία, quam DEUS intendit, tantum modo per traditio-

nem oralem penetraret? Certe qui hæc asserit, eum vel manifesto malitiosum esse oportet, vel certe continua in propaganda revelatione orali a Deo sapientissimo flagitare miracula. Egregie pro more suo acutissimus DANNHAUERUS Spiritus S. iussum ad scribendum exteriorem ac apertum, generalem tamen, deducit ex Matth. XXVIII. 19. *Docete omnes gentes: Ergo & remotissimas, inquit, ad quas pes Apostolorum non venit; Ergo & novissimas, quibus apostolicum alloquium mors Apostolorum prævertit. Utrisque calamo succurrendum erat, idque necessario aliquo aliquorum: tametsi enim Scriptura sit accidens verbi divini, tamen ei verbo quod in omnes gentes inclarescere sine formidine mendacii debet, est essentialis.* Hodosophiæ Phænom. I. p. m. 19. cuius quoque excellentissimi Theologi formam Θεοπνευσίας Sacræ Scripturæ, omnium quotquot legi, accuratissime ibidem delineatam meam facio: Siquidem hæc in antecedentibus, utpote ad Systemata Theologica pertinentem, me haud definivisse memini. Ergo necessarium est, primos N. F. doctores fuisse Θεοπνευστας; necessarium quoque, eos ex huius Θεοπνευσίας dono non viva solum voce tradidisse N. F. œconomiam, sed eam quoque in fidei ac morum consignasse scriptis, quæ ob hanc ipsam Θεοπνευσίαν æque ac scripta V. T. canon & regula essent. Iam cum Apostolos fuisse discipulos Iesu Christi simulque ab eo constitutos N. F. doctores extra omne dubium sit; quod nec ipsi hostes religionis nostræ diffitentur: sequitur, quæ supra dicta sunt, in eos redundare cuncta. Fuerunt ergo tanquam Legati divini extraordinarii, donis extraordinariis instructi omnibus, quæ ad tantum opus perficiendum, etiam ex analogia V. T. requirebantur. Hinc vel inprimis gavisi sunt Θεοπνευσία in loquendo & scribendo. Cumque eorum officium fuerit tradere omnibus gentibus ipsique posteritati normam fidei & vitæ; id autem viva solum voce fieri non posset: scriptis præstitisse oportet. Quæ etiam eo magis fuerint Θεοπνευστα: quo longius duratura essent, quam sermones; & quo pluribus instar normæ inservirent per omne ævum; ac demum quo littera scripta ab oblivione &

corru-

corruptione longius, quam viva vox remota est. Quicquid ergo hi legati divini ratione officii sui sive ad universas Ecclesias, sive ad singulos scripserunt, quo ipsos in fide ac moribus instruerent & confirmarent: illud longe maiorem non modo habet auctoritatem, quam quod hodie a Doctoribus proficiscitur, qui vel summa pietate sunt conspicui; verum æque quoque Θεόπνευστον ac canonicum est, quam id, quod Φερόμενοι ὑπὸ τῆς ἁγίας πνεύματι & viva docuerunt voce. Sed nec id prætereundum, quod ipsa Scriptorum V. ac N. T. indoles nobis suppeditat. *Il*a nimirum Messiam certissime olim statuto tempore venturum esse, eiusque simul characteres & officia monstrant: *hæc* IESUM Nazarenum hunc ipsum Christum esse, & in illo ista omnia fuisse impleta demonstrant. *Il*la *propositionem* eius argumentationis, quam de humani generis Redemptore universus institueret orbis, *maiorem* complectuntur, non viva solum voce traditam, sed & γραφῆ Θεοπνεύσω comprehensam: *hæc minorem* argumenti *propositionem* sive subsumtionem, eadem imo maiori fidei πληροφορία addunt; sine qua cum nulla fieri posset *conclusio*, sequeretur, negata N. F. Θεοπνευσία, palmarium revelationis divinæ scriptæ argumentum, summum illum, ob quem in V. T. scribere iussit, scopum, ne quidem plene ac integre a sapientissimo eius auctore humano generi esse propositum; quod utique in Deum esset iniurium. Confirmat, quæ hætenus dicta sunt, cuncta, plenissima, quam ipse IESUS Christus his suis legatis dedit, promissio: Εγὼ δώσω ὑμῖν σοφίαν καὶ σοφίαν, cet. Luc. XXI. 15. βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ Act. I. 5. λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντε τῆς ἁγίας πνεύματι ἐφ' ὑμᾶς, quem vero in finem, ipse mox addit, nimirum ad officium legati rite obeundum: ἔσεσθέ μοι μάρτυρες, cet. ψ. 8. Et qua mensura, explicat loh. XVI. 13. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἣ γὰρ λαλήσει ἐφ' ἑαυτῆ, &c. in primis vero Matth. X. 19, 20. ubi curam gerere vetat, & *rerum*, quas proponerent, & *verborum*, quibus eas proferrent: siquidem & πῶς & τί in eadem hora ac momento ipsis daretur, nec ipsi essent οἱ λαλῶντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα

πνεῦμα τῆ πατρὸς (qui Luc. XII. 11, 12. dicitur τὸ ἅγιον πνεῦμα,) τὸ λαλῆν in ipſis. Quid his significantius exprimere, quemque maiorem Θεόπνευστίας gradum illis promittete potuerit Servator, nos non videmus. Si enim coram iudicibus causam Evangelii dicturis Apostolis omnia suppeditavit Spiritus S. imo ipse in illis & per illos locutus est, cum tamen præviderit & iudicium paucissimos apologia eorum adeo convincendos, ut se ad Deum converterent; & ipsos Apostolos etiam hac ratione nequaquam ubique vitam suam servaturos; quanto eum magis per illos locutum esse credendum est, cum universam populi concionem viva voce instituerent; & quanto adhuc magis, imo quam maxime, cum, ut totius orbis doctores, non solum præsentem, sed futuram quoque ætatem, adeoque omnes huius universi homines, de tota salutis œconomia erudirent. Hoc enim dum fungebantur officio, longe, quam alias, magis erat necessarium, ut extra omne erroris periculum qua res ipsas, qua verba constituti essent. Quæ contra apertissima hæc N. F. loca excipere voluit IO. CLERICUS, ceteroquin eruditionis criticæ & historicæ laude non defraudandus, cuius scripta posteriora ob palinodiam prioribus præstant, facile tanquam levioris momenti refutavit & genuinum locorum sensum solide vindicavit eruditissimus HERM. WITSIUS in Miscellan. Sacris Lib. I. c. XXII. § VII. sqq. Ego quidem in istis nil deprehendi, quod supra allata argumenta convellere possit. Sed nec in *SPINOSÆ Tractatu Theologico Politico*. Licet enim ille inter Apostolos, *quum predicabant & scribebant*, distingui velit; & *predicasse quidem UT PROPHEtas*, scripsisse autem ut *DOCTORES TANTIUM*, imo *EPISTOLAS APOSTOLORUM A SOLO LUMINE NATURALI DICTATAS* fuisse scribat; *ubi vero sibi in Epistolis Spiritum DEI & Spiritum S. adtribuunt, id vel ad eorum predicationes esse referendum, vel per SPIRITUM S. intelligi MENTEM SANAM, BEATAM ET DEO DICATAM*. Cap. XI. Tamen adeo ieiunas vel potius nullas asserti temerarii profert rationes, ut proposuisse non firmasse errorem suum manifestum sit. Quid enim hæc, quæso, ipsum iuvat argu-

argumentatio? *Propheta auctoritas ratiocinari non patitur; quisquis enim vult sua dogmata ratione confirmare, eo ipso ea arbitrarij unius cuiusque iudicio committit.* Hinc Paulus, quia ratiocinatur, idem fecisse videtur 1. Cor. X. 15. cetera. Perinde ac si veritates divinæ argumentis vel moventibus vel probantibus ob hominum *σκληροκαρδίαν* in Scriptura S. propositæ *θεοπνευσίαν* excluderent? Ergone DEus ipse apud Jesaiam c. V. 3. seqq. iisdem ac Paulus usus verbis, non satis divine locutus est? Absit blasphemia: quam cum vel ipse Spinoza in hoc aliisque V. T. locis concedere nolit; N. quoque F. libros frustra labefactare desinat. His ergo jam in aprico collocatis, nihil amplius restat, quam ut ostendamus, ea, quæ in nostro Bibliorum extant codice, scripta ab ipsis Apostolis provenire, fideique ac morum doctrinam continere. Prius præter alios characteres ipsum cujusvis plerumque scripti initium edocet, totaque clamat antiquitas; id quod ad calcem singulorum monstrabimus librorum: *Posterius ostendit scriptorum αυτοψία*; imo si velimus supra modum esse liberales, ipsa, ad quam confidentissime provocat Paulus 2. Cor. I. 13. cum canone fidei & morum V. T. instituta collatio. Quæ vero de Apostolis Iesu Christi eorumque in verbis ac scriptis *θεοπνευσία* evicimus, ea ad Paulum quoque pertinere, licet postea demum vocatum, haud est probatu difficile. Erat enim & ille *κλητὸς ἀπόστολος ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεῶν*. Rom. I. 1. qui *istud neque accipit, neque edoctus erat ab homine, sed δι' ἀποκαλύψεως ἰησοῦ χριστοῦ* Gal. I. 12. conf. v. 1. quemve DEus ipse *σκευὸς ἐκλογῆς* nuncupat Act. IX. 15. *ὑπηρέτην καὶ μαρτυρῶν* c. XXVI. 16-18. *πρὸς πάντας ἀνθρώπους* c. XXII 15. imo quem hunc in finem *προσχειρίσασατο γινῶναι τὸ θεῖον αὐτῷ* -- καὶ *ἀκούσαι φωνῆν ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ*. v. 14. Qui porro loquebatur *ἐν λόγοις διδασκτοῦ πνεύματος ἁγίου*, 1. Cor. II. 13. ita ut si vel angelus de cælo aliter evangelizaret, anathema esset, Gal. I. 8, 9. Certissima ergo erat ejus æque ac reliquorum Apostolorum *θεοπνευσία* in docendo tam ore quam scriptis, non modo qua res, verum etiam qua verba, quippe quæ Spiritus S.

E

ipfi



ipſi dictabat. Neque id reliquos Apoſtoloſ latuit : quin potius cum vidiffent ipſi concreditum fuiſſe Evangelium preputii, ſicut Petro circumciſionis, gratiamque ipſi datam cognoviſſent Jacobus & Cephaſ & Johannes, ὅλοι iſti dextras ipſi ſocietatis dederunt; Gal. II, 7, 9. Ipſeque Petrus, licet ei Paulus in os obſtitiffet, v. 11. inſigne tamen illi dedit elogium 2. Pet. III. 15, 16. ubi Paulum ſcripſiſſe aſſerit κατὰ τὴν αὐτῶ δοθεῖσαν σοφίαν. Qualis vero illa fuerit ſapientia, ex jam dictis conſtat; ſcilicet non τῆ ἀνῶνος τέτῃ, &c. 1. Cor. II. 6. ſed σοφία Θεῶ ἐν μυστηρίῳ v. 7. quam DEUS per Spiritum. S. ipſe revelavit, v. 10. Unde rurfus contra Spinolam patet ſcripta N. F. non ex cognitione naturali, ſed ex divina revelatione qua res, qua verba v. 13. profluxiſſe: hæc enim fuit illa Paulo δοθεῖσα σοφία, Secundum quam ſcripſiſſe teſtatur Petrus.

(c) Egregia hæc eſt obſervatio, quam calculo quoque ſuo approbavit CALOVIUS in *Bibl. Illuſtr.* ad 2. Pet. III. 16. De δυνάμειſ vero Pauliniſ quicquam addere & hujus non eſt loci, & poſt tot doctiſſimorum virorum explicationes ſupervacuum. Proferam modo magni hujus inter nos Theologi verba: ſiquidem ſummam rei exhibet, & ex ipſorum Pontificiorum interpretatione S. Scripturæ perſpicuitatem vindicat. Ita ille l. c. p. 1575. T. IV. *Non admittenda eſt MS. lectio* (ſcilicet ἐν αἷſ, cujuſ Grotius meminuit, quamque præter verſiones Arabicam & Æthiopicam habet codex MS. Alexandrinuſ cum quatuor Codd. Stephani, aliis que duobus minoris auctoritatis obſervante MILLIO ad h. l.) *quam veram eſſe ESTIUS affirmare non audit. SALMERO autem fatetur ἐν οἷſ referri ad verbum πρὸ τῆſ τῶν: Et LORINUS, non refertur illud, inquit, IN QUIBUS ad Epistoſas, ſed ad ea, de quibus tractatur in Epistoſis. Nam Græcum pronomen οἷſ non eſt Fæminini generis, cuiuſ eſt nomen ἐπιſτολῶν. Non ergo hic obſcuritas Epistoſarum Paulinarum, ſed difficultas materiatarum, de quibus hoc loco egit Petrus, in iudem notatur; non de pbraſi vel ſermone minus perſpicuo, ſed de re vel objecto δύſνοητῶ intellectu difficili: qualia certe ſunt, que de noviffimis a S. Paulo tradita 1. Cor. XV. 2, 2 Cor.*

*VI. 1. 1. Theff. IV. 2. Theff. I. & II. & alibi. Nihil ergo illa ad obscuritatem Scriptura, quam arguunt Papista, faciunt. Nam possunt etiam res inevidentes fidei verbis perspicuis minimeque obscuris tradi; quæ intellectu difficiles sunt, non ob modi proponendi obscuritatem; sed ob mysteriorum fidei captum nostrum excedentium sublimitatem: ut causa istius difficultatis non in Scriptura λέξι, quærenda sit, sed in intellectus nostri hebetudine, & rerum cælestium altitudine 1. Cor. II. 14. 2. Cor. X. 4. cetera.*

(d) Quod ab antiqua, uti tertii, quarti & sequentium seculorum, (id quod in ipsa constitutione canonis suo loco monstrabitur); ita etiam prioris ævi Ecclesia, hæc Epistola constanter recepta fuerit, ex ejus temporis scriptoribus probabimus Ipse MARCION hæreticus, qui arguente TERTULLIANO *de Carne Christi*, c. III. p. 309. edit. Paris. 1675. *Scripturas opinioni sue resistentes de industria alias rejecit, alias corrupit; & præter reliquas Catholicas, aliquot etiam Apostoli Pauli Epistolas, ut cum Irenæo loquar, L. I. c. 29. p. 104. abscidit, in initio seculi II. in suo ἀποστολικῶ, quod apud ipsum & assecclas loco S. Scripturæ Apostolicæ auctoritatem Canonicam obtinebat, præter Epistolas ad Galatas, I & II. ad Corinthios, ad Romanos, etiam HANC NOSTRAM una cum posteriori ad Theffal. nec non Epistolis ad Ephesios, ad Colossenses, ad Philemonem & ad Philippenses receperat; quamvis amputatis vel corruptis hinc inde, quæ ipsi obstabant locis, quorum integrum catalogum dedit EPIPHANIUS *Heres XLII. Opp. T. I. p. 318-321. edit. Colon. 1682. Deinde IRENÆUS Polycarpi discipulus, qui primam se Apostolorum successionem contigisse affirmat, suum vero contra hæreses opus anno post exaratam hanc epistolam centesimo fere vigesimo edidit, ibidem L. V. c. 6. p. 407. b. ad Apostoli testimonium c. V. 23. in prima Epistola ad Theffalonicenses, quam totidem verbis allegat, tanquam ad scriptum Canonicum provocat. Idem quoque facit L. V. c. 30. p. 448. b. allegans 1. Theff. V. 3. Qui hunc excipiunt vergente ad finem seculo II. CLEMENS ALEXANDRINUS & TERTULLIANUS, idem faciunt. Is quidem in *Pædagog. Lib. I. p. 88,***

89. ad 1. Theff. II. 6, 7. provocans, scribit : *Ἐπὶ τοῖς σαφίστα-  
τα ὁ μακάριος Παυλὸς ὑπεσηγήνατο.* Confer, L. II. p. 186. a. &  
*Strom.* L. I. p. 296. d. ac inprimis L. IV. p. 508. c. ubi ὁ Θεὸς  
*ἀπόστολος* ex 1. Theff. IV. 3-8. allegatur : *hic* autem de pudici-  
ticia c. XVII. p. 569. integra. *Sed hoc*, inquit, *solenne est per-*  
*versis & idiotis & hereticis; jam & Psychicis universis, alicu-*  
*ius capituli ancipiti occasione adversus exercitum sententiarum*  
*instrumenti totius armari. Provoxa ad Apostolicam aciem, ad-*  
*spice Epistolas ejus, omnes pro pudicitia - - - Quid denique*  
*& THESSALONICENSIBUS scribit - - - Quid GALATÆ*  
*legunt - - - ROMANI vero - - - Proinde & EPHESIIS*  
*pristina reputans de futuro monet. - - - Demonstrat & CO-*  
*LOSSENSIBUS, cetera; ut supra viginti alia ejus loca taceam :*  
siquidem hoc testimonium præ ceteris elegimus, quia non so-  
lum plurimum hic epistolarum mentio fit ; verum etiam inpri-  
mis ad hanc Apostolicam aciem tanquam ad normam doctrinæ  
& morum sibi eum Psychicis, sive ecclesiæ communem provoca-  
cat Tertullianus. Addam modo ex eodem *Sriptore*, duo  
æque illustria, quorum prius exstat *de Præscription. Hæreticor.*  
c. XXXVI. p. m. 215. *Age jam, qui voles curiositatem melius*  
*exercere in negotio salutis tua, percurre ecclesias Apostolicas,*  
*apud quas ipse adhuc cathedra Apostolorum suis locis præsidens,*  
*apud quas IPSÆ AUTHENTICÆ LITTERÆ EORUM recitan-*  
*tur, sonantes vocem & representantes faciem uniuscujusque.*  
*Proxima tibi est Achaia? habes CORINTHUM. Si non longe es*  
*a Macedonia, habes PHILIPPOS, habes THESSALONICEN-*  
*SES. Si non potes in Asiam rendere, habes EPHESUM. Si*  
*autem Italia adjaces, ROMAM, unde nobis quoque auctoritas*  
*præsto est.* Alterum Lib. IV. *adversus Marcionem* c. IV, & V.  
p. m. 415. *Marcion, dum emendat (scilicet volumina librorum*  
*N. F.) utrumque confirmat : & nostrum anterius, id emen-*  
*dans, quod invenit; & id posterius, quod de nostri emendatione*  
*constituens, suum & novum fecit. In summa, si constat, id*  
*verius, quod prius; id prius, quod & ab initio; id ab initio,*  
*quod ab Apostolis: pariter utique constabit, id esse ab Apostolis*  
*tradi-*

*eradicum, quod apud ecclesias Apostolorum fuerit Sacrosanctum. Videamus, quod lac a Paulo CORINTHII hauserint; ad quam regulam GALATÆ sint recorreſti; quid legant PHILIPPENSES, THESSALONICENSES, EPHEſII; quid etiam ROMANI de proximo ſonent, cetera. Hæc Tertullianus vix ſeculo cum dimidio poſt exaratas has epiſtolas præterlapſo testimonia dedit luculenta. Poſſem etiam JUSTINI MARTYRIS, ſcriptoris antiquiſſimi, ἀποκρίσεις πρὸς τῆς ὁρθόδοξης allegare, ubi in Reſponſione ad Quæſt. XCV. ex hac priori, & ad Quæſt. XCVI. ex poſteriori ad Theſſal. dogmata haud aliter ac ex ſcriptis vim normativam habentibus manifeſte probantur: niſi hunc librum, aut omnino huius non eſſe, ſed auctoris multum junioris; aut mire eſſe interpolatum, jam dudum obſervaveſſent etuditi. Quam autem ſæpius hic quoque Pater, materia & occasione ita ferente ad ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων provocare ſolitus ſit, vel ejus cum Tryphone Judæo Dialogus oſtendit, cuius videri poſſunt pagg. 327, B. 328, C. 329, C. 332, B. 333, B, D. 334, B. edit. Colon. vel potius Witteb. 1686. fol. quæ etiam in conventu populi una cum ſcriptis Prophetarum die ſolis prælecta fuiſſe ſuo tempore teſtatur, Opp. p. 98, D. Taceo alia ejus, de Apoſtoliſ tanquam doctoribus divinis orbis univerſi, teſtimonia, e. g. p. 78, A. Hieroſolymis duodecim viri profeſſi ſunt in mundum, atque ii quidem indocti, & minime eloquentes, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι. Per DEI autem virtutem omni hominum generi declararunt, a Chriſto ſe miſſos eſſe, qui cunctos verbum DEI docerent. Confer. p. 86, A, B. Et plura quidem in hoc negotio a JUSTINO deſiderare nefas eſſet: quippe qui optime noverat nec ethnicoſ S. codicis univerſi, nec Judæoſ N. T. agnoſcere auctoritatem. Quibus cum ſcripta, quæ ſuperſunt genuina oppoſuit, quiſ miretur loca ex N. F. Libris depromta haudquaquam hic in acie collocata deprehendi. Quin &, quod Patres apoſtolicæ, CLEMENS ROMANUS, IGNATIUS & POLYCARPUS huius Epiſtolæ ſicut aliorum quoque N. T. ſcriptorum plurium non meminerint, nos haudquaquam movebit, iuxta*

enim hanc rationem, quæ jam allata est, quæque etiam in eorum epistolas missas ad exhortandum fratres valebit: utique observandum, isto nondum tempore illam existisse faciem Ecclesie, ut *hereticæ* in medio Christianorum cœtu ortis occurrerendum esset, qui *idem fere* ac recte sentientes *principium cognoscendi*, S. scil. N. F. codicem, licet frustra, allegabant; adeoque nec istis Patribus occasionem adfuisse proximam, loca quædam N. F. vindicandi & ex ipsius testimoniis adversarios redarguendi. Ut vero *hi* seculo II. extiterunt, & post Traiani ac Antoninorum persecutiones pax Christianis reddita, gentiliumque Philosophorum, hostium Ecclesie acerrimorum conatus variis editis Apologiis repressi erant: mox, ipsa jam flagitante necessitate, contra *istos*, dummodo N. F. libros non prorsus rejecerint, videbis IRENÆUM & TERTULLIANUM, quorum scripta elenctica ætatem tulerunt, tanto cum apparatu testimoniorum ex N. F. pugnare; ut paucissimi sint ejusdem libri, qui ab illis non sæpius allegentur. Sed & de supra nominatis Patribus Apostolicis varia etiamnum merentur spectatim notari. CLEMENTIS enim ROMANI *ad Corinthios Epistola* scripta est, uti videtur, & auctor infra §. 138. sqq. notavit, circa an. Ch. 69. nondum exaratis omnibus N. F. libris, nedum facto ab Ecclesia eorum indiculo aliquo sive Canone, adeoque nec conquisitis adhuc, quæ in Archivis Ecclesiarum variarum latebant, Apostolorum Epistolis. Hinc Clemens aut omnia, quotquot jam prodierant, scripta N. F. *ἑρπνεύσα* nondum forte possidebat ipse: aut certe supponere non poterat eadem Corinthiæ, ad quam scripsit ecclesie innotuisse, ibique tanquam canonica recepta fuisse. Inde utique esse videtur, quod licet ad V. F. libros subinde tanquam ad canonem ubique receptum provocet, & ex iisdem loca nonnulla, imo integra etiam capitula probandi gratia proferat: ex Evangeliiis tamen & Epistolis nullam fere pericopen citer accurate; quin potius varia licet ex ipsis *νοηματα* mutuaverit, nusquam tamen singularis alicujus Epistolæ ejusque Auctoris nomen proferat, præterquam, unius D. Pauli ad Corinthios.

Sed

Sed ne sic quidem in hoc fidei momento prorsus ασύμβολος est, quippe Doctores N. T. *νυπερος αθλητας τες εγγιστα γενο- μένους αθλήτας*, & seculi nostri generosa exempla, *τες αγαθες (forte αγιες sribendum vel potius πρωτες seu κορυφαίες, cum primitus scriberetur αους, quod est, πρωτες, conijcit PÄTRI- CIUS YOUNG in COTELERII Operibus Patruin Apo- stolic. Vol. I. p. m. 148. not. 35. edit. Clerici. Et sic emphasis longe major esset) αποσολες vocat: imo ευκλησίας πιστοι και δικαιωτοι ες υλοι ipsi audiunt, respectu sine dubio simul habitō ad doctrinam eorum ore & scriptis prolatam; siquidem Paulus mox κηρυξ - - - δικαιωσύνη διδάξας όλον τον κόσμον dicitur. De cuius quoque ad Corinthios epistola §. XLVII. pronūciat: επ' αληθείας πνευματικώς επεβιλεν υμίν. *Profecto in Spiritu ad vos litteras dedit.* Egregia vero vel imprimis sunt, quæ pro- tulit §. XLII. Οι Αποστολοι ημίν ευηγγελισθησαν από τς Κυρις Ιησς Χρις, Ιησς ο Χρις από τς Θες. *Εξεπίμφοθη ο Χρις εν από τς Θες, και οι Αποστολοι από τς Χρις. εγένοντο εν αμ- φότερα ευταύτως εν θεληματος Θες Παραγγελίας εν λαβόντες, η πληροφρονηντες δια της αναστασεως τς κυρις ημων Ιησς Χρι- τς και πισωθέντες τω λόγω τς Θες, μετα πληροφρείας πνεύ- ματος αγις εξήλθον ευαγγελιζόμενοι, κ, τ, λ. i. e. Apostoli nobis a Christo evangelizavunt, Jesus Christus a DEo. Missus enim est Christus a DEo, & Apostoli a Christo: & factum est utrumque decenter ex voluntate ejus. Mandata quippe accipientes, & per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi plena certitudine im- bui Deique verbo confirmati, cum plena Spiritus S. fiducia egressi sunt, evangelizantes, cetera. Hæc CLEMENS RO- MANUS Apostolorum coætaneus. Nec aliter sensit IGNA- TIUS, qui cum ipsis quoque vixerat, martyrii palmas acci- piens circa initia seculi II, licet enim is in Epistolis suis fere idem egerit ac Clemens, eo quod istas festinantius ac inter vincula exaravit: tanta tamen in eo fuit divini Apostolorum muneris veneratio, ut ad Romanos, quibus præ reliquis Apo- stolis Petrus ac Paulus innoxerant, §. V. scribere haud fuerit veritus: *εχ' ως Πέτρος και Παύλος διατάσσομαι υμίν: εκείνοις*  
Από**

Ἀπόστολοι, ἐγὼ κατὰκριτος. *Non, inquit, ut Petrus & Paulus  
 præcipio vobis: illi Apostoli, ego condemnaui; hoc ipso in-  
 nuens, quantum inter divinos hos doctores, qui ex θεοπνευσία  
 PRÆCIPERE poterant, & semetipsum agnosceret esse disci-  
 minis, ut alia ejus loca deinceps proferenda præteream.  
 Conf. Ep. ad Trallianos §. III. Ita quoque POLYCAR-  
 PUS, S. Johannis discipulus, qui, quamvis in uni-  
 ca sua ad *Philippenses* Epistola, quæ statim post Igna-  
 tianas circa annum Ch, 115. prodiit, Epistolarum Pauli ad  
 Thessaloniceps non meminit; siquidem breviores hæ ejus  
 litteræ sunt, quam ut ex singulis N, T. scriptis aliquid in iis  
 allatum invenias; & ipse quoque eodem fere ac Clemens &  
 Ignatius modo, non pauca ex N. T. scriptis tacito cum libri  
 tum auctoris nomine, quædam etiam quoad solum sensum  
 pro more scilicet istius temporis protulit: tamen quanta apud  
 se & in Ecclesia sui xpi Paulus ejusque scripta valuerint au-  
 thoritate, his verbis §. III. docuit: Οὐτε γὰρ ἐγὼ, ἕτε ἄλλος  
 ὁμοίος ἐμοὶ δύναται κατακολεθῆσαι τῇ σοφίᾳ τῶ μακαρίου καὶ  
 ἐνδόξου Παύλου, ὅς γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀν-  
 θρώπων, εἰδὼς ἐν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λό-  
 γον. ὅς καὶ ἀπὸν ὑμῖν ἐγραψεν ἐπιστολάς· εἰς ἃς εἶαν ἐγκύπτη-  
 τε, δυναθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίσιν, κ, τ, λ.  
*Neque enim ego, neque alius similis mei assequi potest sapien-  
 tiam beati & gloriosi Pauli, qui fuit apud vos, & visus est se-  
 cundum faciem illis, qui tunc erant, hominibus. Qui docuit  
 perfecte ac firmiter verbum veritatis: qui & absens vobis scri-  
 psit Epistolas: in quas, si intueamini, edificari poteritis in fide,  
 quæ data est vobis. Ab hac vero auctoritate normativa fidei  
 & morum se non excludere reliquos Apostolos ostendit §. VI.  
 Οὕτως ἐν δαλύσομεν αὐτῶ, μετὰ φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας·  
 καθὼς αὐτὸς ἐντείλατο, καὶ οἱ εὐαγγελισαμένοι ἡμᾶς Ἀποστολοι.  
 Sic ergo serviamus ei cum timore & omni reverentia, quemad-  
 modum ipse præcepit, & qui evangelizarunt nobis  
 Apostoli.**



**DAN. SALTHENII**  
S. THEOL. D. ET P. O.  
**COMMENTATIO**  
IN  
**HISTORIÆ CANONIS**  
SACRIQUE TEXTVS N. F.

<sup>A</sup>  
**JOANNE MILLIO**

IN  
PROLEGOMENIS AD N. T. TRADITÆ  
PARAGR. VI. - - XIX.

IN QVIBVS AGITVR  
DE  
EP. PAVLI II. AD THESSAL. DE EP. AD  
CORINTH. QVÆ PERIIT, ET DE EPIST. I.  
AD CORINTH.





EPISTOLA II, AD THESSAL.  
SCRIPTA AN. LII.

§. 6.



*Corinthi*, ubi Epistola hæc ad *Thess.* scripta erat, moratus est D. Paulus annum unum & sex menses Act. XVIII. 11. Ibi autem paulo post scriptionem istius Epistolæ, audito eos malis ob religionem toleratis plurimum pressos, ac de *mente*, seu fide, quam acceperant, tantum non motos fuisse per falsas quorundam suggestiones, qui ex Apostoli sermone aliquo, Epistolave iam dicta, perperam intellectis, aut etiam ex alterius cuiuspiam *Spiritus*, seu Doctoris, auctoritate, diei Domini instantaneum adventum prædicassent, unde summum, quod iam statim haud advenerit, ἀποσασίας erat periculum; hoc, inquam, audito, (\*) festinabat Apostolus secundis litteris priorum sententiam explicare: Se scilicet, cum de subitaneo istius diei adventu locutus fuisset, seu etiam scripsisset, neutiquam ita intelligendum esse, acsi adseverasset, diem illum iam ἐνεστημένον: dixisse se enim ipsis coram, non adventurum diem istum, priusquam præcesserit aperta quædam ac visibilis a fide defectio; id quod ipsis iam in memoriam revocet in Epistola hac posteriori. Præter ἀποσασίαν autem istam, se dixisse iis, ante diem hunc revelatum iri *hominem peccati*, sive Antichristum; neque vero adhuc revelari potuisse propter certum quoddam κατέχον quod cum norint ipsi, non esse, quod iis illud diserte & expresso nomine significaret Cap. II. 6.

(\*) Ergo & hæc *Corinthi*, non vero *Athenis* exarata est. Audiamus rursus hac de re differentem MILLIUM nostrum circa  
F finem

finem Epistolæ in notis suis; qui postquam monuerat ATHANASIVM in Synopsi, OECUMENIVM in argumento Epistolæ, & duo MSS. *Petaviana*, quorum alterum Actus & Epistolæ continens, ante annos, ut videtur, septingentos exaratum est; alterum quoque æque probatum est, exhibens simul Apocalypsin; loco Ἀποκάλυψιν id quod vulgæ tradit inscriptio, *Πρωτος* ponere, (quod & EUTHALIUS facit p. 663.) SYRUM vero scripsisse *Laodiceam Pisidiæ*: addit seqq. *Ceterum cum ex filo totius Epistola constet, Epistolam hanc scriptam statim post priorem illam alteram; manserit vero Apostolus Corinthi, unde priorem datam ostendimus, per SESQUILANNUM: omnino & hanc Corinthi scriptam dicendum est. Missam per Tybicum notat STRIUS: per Titum & Onesimum PROLOGUS latinis exemplaribus præfixus, (& quidem per Titum DIACONUM & Onesimum ACOLITHUM, uti notavit TILLEMONTIVS Memor. H. E. T. I. & P. II. p. 819.) Parum aut nihil in his compertum. Certe per Onesimum haud missam manifestum est: illum siquidem genuerit in vinculis Paulus, cum Romæ esset; i. e. octo ad minimum annis post scriptam hanc Epistolam. Confer. quæ supra observavimus ad §. IV. (e). Prorsus cum his consona sunt, quæ supra laudatus TILLEMONTIVS iam ante observaverat l. c. p. 818. ubi Grotii quoque singularem de hac Epistola sententiam, supra a nobis notatam refellit. Idemque ibidem p. 585. scripsisse Paulum hanc mox post priorem, ex similitudine cum materiæ, tum inscriptionis concludit, & quidem utramque eodem, quo noster, anno, scilicet æræ vulg. 55. Consentiant DU PIN *Diff. Prel. T. II. p. m. 51.* NATALIS ALEX. T. III. *Hist. Eccles. Sec. I. p. 32.* ut PEARSONIVM, FABRICIVM, ALSTEDIUM, aliosque Viros eruditissimos, Rev. RUMPÆO p. 124. laudatos, imo recentiorum plures taceam. Nec aliter BARONIUS sentit, cum præeuntibus CHRYSOSTOMO in 2. *Thess. I. I.* & THEODORETO, cujus verba §. IV. (d) allegavimus, hanc alteram non diu post priorem exaratam esse statuit, licet eam ceteroquin ad initia anni sequentis 53. collocet. Qua quidem in re præ-*

ter operis sui *Epitomatores*, consentientem habet OTTIUM in *Examine Annalium* p. m. 302. Cel. CLERICUM in *Hist. Eccles. N.T. Sec. I.* p. 378. & Vener. LANGIUM *Hist. Eccl. N.T.* p. 315. At priorem ad an. 51. & posteriorem ad an. 52. SAM. BASNAGE in *Annal. Polit. Eccles. T. I.* p. 651. & 655. utramque vero ad an. Chr. 51. IO. LIGHTFOOT, & imprimis IO. IAC. HOTTINGERUS reiiicit, in *Pentade Diss. Biblico Chronologicarum*, Ultraj. 1723. 8. edita, ubi *Diss. III.* in ordinem & annos, quibus Paulus epistolas suas scripserit, diligenter inquisivit. Cumque EDW. SIMSON *Chronic. Cathol.* P. VII. p. m. 36. illam ad an. 50. hanc ad an. 51. retulisset, eum secutos esse HAMMONDUM & SALOMONEM VAN TIL deprehendi. Rursus utramque an. 54. scriptam esse USSERIUS, & post illum annum FRID. SPANNHEMIUS *Introduct. ad Hist. Eccles.* p. m. 159. contendunt: ac ne quid desit, ad ann. 47. & 48. reiiicit notissimus ille Criticus LUD. CAPPELLUS in *Appendice ad Historiam Apostol.* T. VII. Crit. Sacr. Ad an. 49. vero GUIL. CAVE in *Hist. Litteraria Scriptorum Eccles.* p. m. 5.

## S. 7.

Epistolam hanc quod ulterius attinet, prioris certe auctoritas, quanta quanta, redundat in hanc posteriorem. Eiusdem auctoris est, cuius altera illa, Pauli Apostoli (a). In ea porro mentio fit Traditionum, quas ab eo edocti erant, partim sermone, partim Epistola sua priori Cap II. 15. collato cum 1. Theff. II. 13. quas fuisse revera ait λόγον τῆ θεῶ. Sed & de monitis loquitur, datis eis ἐν κυρίῳ. Cap. III. 12. Ne quis autem circa ipsius Epistolæ γνησιότητα scrupulus suboriretur: clausulam saluatoriam, sive coronidem eius, propria manu se scripsisse ait (b) σημείω in omni eius Epistola certo & authentico, quo a spuriiis, si quæ forte sub nomine eius prodierint, distinguerentur.

Tractat & hæc Epistola, pariter ac illa altera, δυσνόητα, quorum occurrit apud Petrum mentio; eodemque, quo illa, scripta est anno & loco (c).

(a) Quem æque ac reliquos Apostolos tam voce quam scriptis fuisse θεοπνευστον supra ad §. V. ostendimus. Non tamen possum, quin hic addam insigne testimonium CHRYSOSTOMI, qui ista omnia ex solo nomine *Apostoli* deducit ad Jesai. I. 1. Eandem, inquit, ob causam & Paulus per omnes sparsim Epistolas interserit nomenclaturam *Apostolatus*. Quod Prophetæ faciebant, dicendo; *Viso, sermo, assumtio, verbum: hoc ipsum & Paulus efficit nomine Apostolatus*. Quemadmodum enim qui pronunciat visionem & verbum DEI, is utique non propria effert: itidem qui se vocat Apostolum, non ea docet, que commentus est & excogitavit, sed que iussit is, qui mittit. *Apostoli enim dignitas ex proprio nihil inferre debet; eoque dicebat & Christus: Ne vocaveritis magistrum super terram, unus enim magister est vester, qui in cælis est; declarans, quia fons omnis atque origo dogmatum nostrorum radicem e superna sortita est, nempe ab ipso calorum Domino, etiamsi inserviant homines enunciandis sermonibus*. Opp. T. I. p. m. 719. edit. Froben. 1558. Confer. quoque TERTULLIANUM de *Prescriptionibus Hæretic.* c. XXI, sq. p. m. 209. & de *Resurrectione Carnis* c. XXXIX. p. 348. inprimis de *Exhortat. Castitatis* c. IV. p. 521. & eadem Patres quoque secundi seculi docuisse invenies.

(b) Idem CHRYSOSTOMUS in Epist. Pauli Edit. Commelin. p. 1486, sq. in *Pref.* ad 2. Thess. postquam de scopo Pauli & occasione scribendi eadem, quæ noster luculentius disseruerat, adiicit: Καὶ τὸ δὴ πάντων χαλεπώτερον, ἐπεχείρησεν οἱ μὲν ἀπλῶς ῥήματα ἀπαγγέλλειν, ὡς παρὰ τὸ Πάυλῳ ταῦτα λεγόμενα, οἱ δὲ καὶ ἐπιστολὰς πλάττειν, ὡς παρ' ἐκείνῳ γραφείσας: διὰ πᾶτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποτειχίζων ἔφοδον, Φησὶ Μὴ θροεῖσθε, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν. μήτε διὰ πνεύματος Φησὶ, τῆς ψευδοπροφήτας ἀνιτιθέμενος· πόθεν ἂν ἐπιόμετα, Φησὶ; διὰ τῆς προσηύχης· διὰ γὰρ τῆτο προσέθηκει·

Ὁ ἀσπασμὸς τῆ ἐμῆ χειρὶ Παύλου, ὃ ἐστὶ σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπισολῇ ἔτω γράφω· ἢ χάρις τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ μετὰ πάντων ἡμῶν· ἢ τῷ Φησιν, ὅτι τῷ σημεῖον, (τῷ γὰρ εἰκὸς καὶ ἄλλας μιμήσασθαι) ἀλλ' ὅτι τὸν ἀσπασμὸν τῆ ἐμῆ χειρὶ γράφω καθάπερ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἐστίν· ἀπὸ γὰρ τῆς ὑπογραφῆς ὅλα γίνεται τὰ γράμματα τῶν πεμπόντων· i. e. *Quodque omnium erat pessimum, tentabant alii quidem temere renunciare verba quaedam, tanquam a Paulo dicta, alii vero Epistolas quoque fingere, quasi ab ipso scriptas. Quapropter, ut omnem istis obstruat aditum, dicit: ne turbemini, neque per Spiritum, neque per sermonem, neque per Epistolam tanquam per nos missam. Neque per Spiritum, inquit, Pseudopphetas taxans. Unde vero sciemus, inquit? propterea adiecit: Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni Epistola. Ita scribo: gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Non hoc ideo dicit, quod istud sit signum; potuissent enim illud & alii imitari: sed quoniam salutem meam, inquit, mea manu adscribo. Quomodo & apud nos iam fieri solet. Nam ex subscriptione certa & nota redduntur mittentium litterae. Ad eundem modum de Epistolis fictis ORIGENES: Sed nihil inquit, mirum est, si adulteretur doctrina mea ab inimicis meis, & tali adulterio corrumpatur, quali adulterio corrupta est Epistola Pauli Apostoli. Quidam enim sub nomine Pauli Apostoli falsam Epistolam scripserunt, ut consurbarent Thessalonicenses, quasi instaret dies Domini, ut seducerent eos. Propter hanc Epistolam in secunda Epistola, quam ad Thessalonicenses scripsit, haec dixit: Rogamus autem vos fratres, cetera 2. Theff. II. 1, 2. apud RUFFINUM de Adulteratione librorum Originis p. 881. OECUMENIUS ad 2. Theff. II. 1. καὶ ἐπισολὰς γὰρ ὡς ἐξ ὀνόματος τῷ Παύλῳ ἔπλαττον, τῷ δὲ δῆθεν δηλώσας. Nam & epistolas tanquam ex Pauli nomine fingebant, & hoc sane manifestat. T. II. p. 193. edit. Morelli. Et THEODORETUS, quem, licet celeberrimus Polyhistor IO. ALB. FABRICIUS in Codice Apocrypho N. T. To II. p. 917. observaverit existimasse, Paulum non innuere hoc iam factum esse; sed tantum*

Theſſalonicenſes præmunire, ſi id forte contingat, ne ſe deci-  
 pi patiantur: tamen ex THEODORETI ad hunc locum  
 2. Theſſ. III. verbis vix aliud quid, quam ex Chryſoſto-  
 mo colligere licet. Etenim ſic ille: τῷ δὲ προσέτις διὰ  
 τὰς πεπλαſμμένας ἐπιſτολάς περιφέρειν τολμῶντας, διδάσκων  
 ἐπιζητεῖν ἀπὸ τῆν ὑπογραφήν. Hoc autem adiecit, inquit,  
 propter eos, **QUI FICTAS EPISTOLAS CIRCUMFERRE AU-  
 DEBANT**, docens eos, ut quaerent ſubſcriptionem. De ſη-  
 μείω autem Paulino, ſive ſφραγίδι eius epistolico (ſic enim  
 vocem declarat HESYCHIUS, Σημείον, τέρας ἢ ſφραγίς. Sic  
 Gloſſarium vetus, Σημείοις, ſφραγίσι. Sic quoque LUCIA-  
 NUS in Timone divitias καλακικλιῖσθαι ὑπὸ μογλοῖς, καὶ κλει-  
 σί, καὶ ſημείων ἐπιβολαῖς queritur, Edit. Grævii T. I. p. m. 84.  
 ut taceam DEMOSTHENEM, aliosque, quos ſibi notavit  
 SUIDAS in Lexico: Σημεία· οὕτω λέγουσι τὰς ſφραγίδας Δη-  
 μοθῆνης καὶ ἄλλοι. To. II. p. m. 733.) THEODORETUS  
 porro: τῶτο γὰρ, φησὶ, τῶν ἡμῶν ἐπιſτολῶν ſημείον· ἐν πάσῃ  
 ἐπιſτολῇ τὸν ἀſπαςμὸν ἐγὼ γράφω· μανθάνομεν τοίνυν ἐντεῦθεν,  
 ὡς τὸ ἢ χάρις τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ μετὰ πάντων ὑμῶν,  
 ἀμὴν, ἀπὸ τῶν ἔρρωσθαι ſε γράφειν εἰώθει. Hoc, inquit, eſt  
 ſignum mearum Epistoliarum: In omni enim Epistola ſcribo ſalu-  
 tationem. Hinc ergo diſcimus, quod hoc, **GRATIA DOMINI  
 NOSTRI JESU CHRISTI CUM OMNIBUS AMEN**, pro eo,  
 quod eſt vale ſcribere conſueverit. Quocum conſentit HILA-  
 RIUS Diaconus Rom. ſec. IV. medio, huic enim Commenta-  
 rium in Epistolae Pauli, qui inter Opera AMBROſII exſtat T.  
 V. tribuunt eruditi; ubi p. 397. edit. Coſterii ad h. l. le-  
 go ſeq. Propter interpolas & adulteratores ſcripturarum ſem-  
 per ſe manu ſua in omni epistola ſua ſalutationem ſubſcribere  
 teſtatur, ut ſub nomine eius epistola accepto ferri non poſſit, que  
 non fuerit manu eius ſubſcripta. **GRATIA DOMINI &c.** -  
 Hec ſalutatio manu Apoſtoli conſcripta eſt. Et PRIMASIUS,  
 Africanus ſec. VI. medio episcopus, in Commentario ad h. l.  
**ITA SCRIBO**, ut ſciatis falſas epistolae invenire: **GRATIA DO-  
 MINI NOSTRI JESU CHRISTI OMNIBUS VOBIS, AMEN.**

His

*His verbis omnes Epistolas subscribebat, excepta Galatarum, quam propria manu perscripsit.* In Biblioth. Pat. T. VI. P. II. p. 100. Iisdem utitur verbis *Auctor Commentarii* in hanc epistolam, qui in Opp. HIERONYMI exstat T. IX. p. 310. edit. Lips. Et OECUMENIUS ad verba, ὁ ἀσπασμὸς κ. τ. λ. addit: Τὸ τοῦ ιδιόχειρον ὑπέγραψεν. l. c. p. 204. Hanc sententiam præter ESTIUM, BULLINGERUM, HYPERIUM, cet. in *Commentar.* in h. l. nec non VINARIENSES; magnus CALOVIUS in *Bibl. Ill.* præfert alteri, quam GROTIUS adoptaverat: quod scilicet σημεῖον fuerit certus nexus litterarum, quo nomen suum Paulus scripserit; siquidem hæc ipsa litterarum *clausula aliis omnibus Epistolis Paulinis* sive brevioribus sive quoque prolixioribus annexa verbis invenitur, omisso tamen sæpius eius nomine. Sed & Pauli nomen iam in ipso Epistolæ frontispicio, uti mos istius seculi tulit, collocatum erat: unde ad illud quidem solum his verbis, ὁ ἀσπασμὸς τῆ ἐμῆ χειρὶ Παύλου - - - ἔτω γράψω, vix provocasse existimandus est, sed potius ad universam τὴν ἀσπασμῶν ιδιοχειρίαν, sicut & supra docuerat CHRYSOSTOMUS. Qui bene simul monuerat, non ad ipsam solum materiam & verba salutationis respectum habere Apostolum, sublata *ιδιογραφία*: siquidem falsis Apostolis Paulum in his imitari fuisset facillimum. Quamquam enim *hoc votum, quod D. Paulus manu sua Epistolis suis subscripsit*, (imo omnibus quoque, si modo unicam ad Hebræos exceperis, præfixit,) *summam præcipuam scriptorum Paulinorum indicat, eaque a Doctrina Pseudo-Apostolorum discriminat*, pulcre observante BALDUINO in *Commentario* ad h. l. Licet quoque forte largiar HYPERRIO: *Tale signum, sive talem subscriptionem noluisse Pseudoapostolos, quotquot legem vel doctrinam operum inculcabant, iniuriam facientes gratia DEI, epistolis suis apponere.* *Comment.* in h. l. p. 283. Tamen sine me quis facile perspicit, in nuda hac salutandi & valedicendi formula, nisi propria accessisset manus, adeo inimitabilem characterem vix habuisse Thessalonicenses, ut in eo, tanquam signo γρησότητος fallere nescio,



potuissent æque ac BASILIUS MAGNUS acquiescere, qui perlecta Gregorii Nazianzeni Theologi Epistola, ipsi re-  
 scripsit: Γράμμα ἦλθέ μοι πρῶν παρὰ σὲ ἀκριβῶς σόν· ἔ-  
 τούτων τὰ χαρακτῆρι τῆς χειρὸς, ὅσον τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἰδιώματι·  
 ὀλίγα γὰρ ἦν τὰ ῥήματα πολλὴν διανοίαν παριστῶντα. κ τ. λ.  
*Nuper abs te mihi venerunt litteræ, omnino tuæ; non tantum  
 propter manus characterem, quantum propter ipsius Epistola  
 idioma: verborum enim habent modicum, sententiæ plurimum.*  
 Epist. III. ad Theologum, To. III. Opp. p. 47. edit. Paris. 1628.  
 quacum Conf. Epist. I. ubi se agnovisse Epistolam ait, ex ea,  
 quam vere representavit, Nazianzeni mente, tanquam  
 ex similitudine, qua suos liberi referunt parentes. Vel Pau-  
 linus ille, ad quem AUSONIUS *concinnatam iambis signa-  
 tamque misit Epistolam, ne subornatum diceret tabellarium, si ad  
 se sine signi fide veniret. Signavi autem, inquit, non ut Plau-  
 tus ait, per ceram & lignum litterasque interpretes; sed per  
 Poëticum magis characterem notavimus, tanquam signum im-  
 pressum iudicares.* Epist. XII. p. 670. edit. Tollianæ. Vel  
 denique vetus ille gnomarum artifex MEGARENSIS, qui  
 tamen præter facta de sigillo carminibus suis imponendo vota,  
 ne scilicet vel surriperentur vel mutarentur, nomen quoque  
 suum inferendum esse duxit, vers. 19. seqq. Collection. Vorst.  
 p. 76.

Κύρνε, σοφισομένω μὲν ἐμοὶ ΣΦΡΗΓΙΣ ἐπικείσθω  
 τοῖς δ' ἔπεσιν· λήσει δ' ἔποτε, κλεπτομένη·  
 οὐδέ τις ἀλλάξει κάμιον τῷ ἴθι παρόντος.  
 Ὡδὲ δὲ πᾶς ἐρέει, ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ἐστὶν ἔπη  
 τῷ ΜΕΓΑΡΕΩΣ, πάντας δὲ κατ' ἀνθρώπους ὀνομασῶ.

*Cyrne, docenti quidem mihi sigillum imponatur*

*His carminibus: latebit enim nunquam, si surripiatur.*

*Neque quisquam mutabit peius, bono presente.*

*Sic vero quisque dicet: Theognidis sunt carmina*

*Megarensis, omnes quidem inter homines celebris.*

(c) Uti priorem Epistolam, ita & hanc quoque Ecclesia prioris  
 xvi in canone habuit. Quznam CLEMENTI ROMANO,  
 IGNA-

IGNATIO, POLYCARPO ac JUSTINO hac in re mens fuerit, iam quantum satis esse putavimus, ad §. V. not (d) observatum est. MARCIONEM quoque initio Seculi II. adeo non ausum fuisse canonicam eius in Ecclesia Christiana auctoritatem negare, ut potius eandem suo inseruerit ἀποστολικῶν, eodem loco notavimus. IRENÆUS Lib. III. c. VII. p. 210. b. locum 2. Theff. II. 8. explicans, his verbis utitur: *Et iterum in SECUNDA AD THESSALONIGENSES, de Antichristo docens, ait; Et tunc revelabitur iniquus, cetera. Et Lib. IV. c. XLVIII. p. 359. b. IN SECUNDA autem AD THESSALONIGENSES, manifeste ait, de Antichristo docens: Et ideo mittet eis DEUS operationem erroris, cet. ex 2. Theff. II. 21. Confer quoque Lib. V. c. XXV. p. 438. a. Inprimis vero notatu dignus est locus Lib. IV. c. LXIV. p. 348. b. ibi enim, quæ Paulus in hac Epistola scripsit, ea pari cum scriptis Mosaicis & verbis ipsius CHRISTI auctoritate se habere ostendit. *Quemadmodum, inquit, ibi, (scilicet Exod. XIV. 28.) in Aegyptios, qui iniuste puniebant Israël, vindicta a DEO fiebat: sic & hic DOMINO QUIDEM DOCENTE: DEUM autem non faciet vindictam dilectorum suorum, quicumque clamant ad eum die & nocte? etiam dico vobis, faciet vindictam eorum cito; (Luc. XVIII. 7, 8.) ET APOSTOLO in ea, qua est AD THESSALONIGENSES, Epistola, ISTA PRÆDICANTE: siquidem iustum est apud DEUM retribuere retributionem illis, qui eribulant vos; & vobis, cetera ex 2. Theff. I. 6, 7, 8, 9, 10, TERTULLIANUM meminisse eorum, quæ Paulus Thessalonicensibus scripserat, itidem supra notavimus l. c. Ne autem vel ulla amplius dubitandi sit ratio, quin utramque Epistolam & ille, & ecclesia eius ævi, una cum non paucis, contra quos librum scripsit de Resurrectione carnis, hæreticis, a Spiritu DEI profectam & canonicam esse crediderit: proferam, inter viginti alia locum insignem ex lib. cit. c. XXIV. p. 339. D. ubi de tempore exhibitionis omnium, & genuinæ tubæ DEI sensu ad 1. Theff. IV. 10. differens, addit sqq: *Et ideo maiestas Spiritus S. perspicax eiusmodi sensuum, & IN IPSA AD***

*THESSALONICENSIS EPISTOLA* suggerit : (1. Theff. V. 1, 2, 3.) de temporibus autem aut temporum spatiis, fratres, non est necessitas scribendi vobis; ipsi enim certissimo sciunt, quod dies Domini, quasi fur nocte, ita adveniet. Quam dicent, Pax, & secuta sunt omnia: tunc illis insister repentinus interitus. Et *IN SECUNDA*, pleniore sollicitudine *AD EOSDEM* (2. Theff. II. 1. sqq.) Obsecro autem vos, fratres, per adventum Domini nostri IESU CHRISTI, & congregationem nostram ad illum: ne cito commoveamini animo, neque turbemini, neque per Spiritum, neque per sermonem, (scilicet Pseudoprophetarum) neque per Epistolam; (scilicet Pseudoapostolorum) ac si per nostram; quasi insistet, dies Domini, cetera, usque ad v. 8.

## EPISTOLA AD CORINTHIOS SUB AN. LVI. quæ perit.

§. 8.

Relicta demum *Corintho*, vilitatisque postea *Syria* (a), *Epheso*, *Cæsarea*, *Hierosolymis* (b), *Antiochia*, *Phrygia*, aliisque minoris *Asiæ* locis ἀνωτεροῖς, ac denuo *Epheso*, D. Paulus, dum isthic universi biennit & trium mensium moram faceret, accepta, ut videtur, fama de *Corinthiorum* luxu & corruptis moribus, aliquid otii iam nactus, scripsit Epistolam, in qua eos ad puritatem & vitæ sanctimoniam adhortatus est. Hanc indigitare videtur Apostolus I. Cor. V. 9. ἐγγράφῃ ὑμῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίσθῃτε πάλαις. Confer v. 11. νυνὶ δὲ ἐγγράφῃ &c. Ex hoc satis manifeste liquet, Epistolam illam talem fuisse ab hac iam ad illos missa (c). In ea verò, quòd hic innuit, ad omnimodam puritatem, ac vitandum speciatim commercium cum fornicariis hortatus indefinite & in genere, *Corinthios*, qui verba eius nimis laxè capiebant, ad id adduxerant.

rat, ut se iam sub Christo ab omni etiam cum Ethnicis fornicatoribus conversatione exclusos putarent, non sine magno in rebus quotidianæ vitæ gerendis incommodo. Ad eximendum eorum animis hunc errorem, inter alios, ostendit Apostolus in Epistola hæc secunda præceptum de vitando commercio cum hominibus impuris, spectare tantum ad fornicarios fratres Christianos, non item τῆς ἐξω. Epistola illa, (quam anno æræ vulgaris 56. scriptam puto), nescio quo casu intercidit. Verum illius iacturam abunde reparavit scripta mox altera ad ipsos Epistola, in qua fusius ad vitæ sanctitatem eos adhortatur.

(a) Syriam in hoc itinere Paulino ante Ephesum, & hanc rursus urbem ante Cæsaream & Antiochiam Syriæ collocat noster, permotus sine dubio verbis Lucæ Act. XIII. 18. ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Συρίαν ubi tamen contextus ostendit terminum ad quem itineris huius non proximum, sed paulo remotiorem inhui. Quomodo enim Paulus, qui secum animo certissime constituerat, festum, quem instare noverat, diem peragere Hierosolymis v. 21. e Syria Ephesum contendere poterat, unde tamen mox tanta cum festinatione in Syriam ac Palæstinam esset rediturus? Aut cur non statim e portu Cenchreeni Ephesum solvissè censendus est, v. 18, 19. ut exinde demum in Syriam pergere posset? præsertim cum illa civitas Asiæ portui Corinthiaco e diametro opposita fuerit. Haud igitur male B. LUTHERUS hæc verba qua sensum reddidit: *UND WOLTE IN SYRIEN SCHIFFEN.* Adeo, ut Apostolus iter Syriacum ac Hierosolymitanum meditatus; tunc Cenchreis capite v. 18. primum quidem devenerit Ephesum: inde vero mox relictis Aquila & Priscilla v. 19. navigaverit Cæsaream Palæstinæ v. 21, 22. unde ascendens Hierosolymam, salutata Ecclesia descendit Antiochiam, metropolin Syriæ celeberrimam, unde prima ac altera vice ad munus Apostolicum inter gentes obeundum, fuerat digressus, Act. XIII. 2. seq. c. XIV. 26. XV. 40. Licet

enim BEDA in Act. c. XX. p. 656. & post eum RABANUS MAURUS, alique Cæsaream Cappadociæ & Antiochiæ Pifidiæ hic intelligant: tamen non modo consilium Pauli cito citius adeundi Hierosolymam, verum ipsa quoque Historiæ sacre verba, quibus iter describitur, v. g. ἐξέπει εἰς τὴν Συρίαν v. 18. & ἀνέχθη ἀπὸ τῆς Εφέσου, v. 21. manifeste repugnant; quippe quæ non in Cappadociam, qua terra eundem erat, sed Syriam contendisse, navique advectum esse ostendunt. Accedit, quod nomen Antiochiæ nude positum hanc tanquam reliquarum celeberrimam denotare soleat. Unde & CHRYSOSTOMUS Homil. XL. in Acta alique & antiquiores, & harum rerum domesticarum magis quam Beda periti nobis suffragantur.

- (b) Cæsarea Hierosolymam ad salutandum Ecclesiam ascendisse Paulum, cum MELLIO, FLACIUS in *Glossa N. T.* p. 568. CALVINUS in *Comment.* ad h. l. LUD. CAPELLUS, GROTIUS, BEZA a Calovio ad h. l. expropter castigatus, CALVISIUS ad an. 52. EDW. SIMSON ad an. 51. MENOCHIVS, HAMMONDUS ad h. l. CLERICUS, *Hist. Eccles.* Sec. I. p. 380. PEARSON *Annal. Paulin.* p. 24. ER. SCHMIDIUS in h. l. nec non doctissimi editores Bibliorum VINARIENSIVM & TUBINGENSIVM, alique nonnulli, ex usitato verbi ἀναβάς significatu, concludunt. Certe illud non tantum de hac ipsa via sapius in Actis adhibetur, e. g. c. XXI. 15. & 12. coll. v. 8. c. XXV. 1, 9. quemadmodum καταβαίνειν vice versa sine addito loci nomine Hierosolyma Cæsaream proficisci denotat, c. XXIV. 1. Verum etiam quoties de itinere per Iudæam Hebræi loquuntur, toties de hoc universæ gentis capite ista vox etiam nude posita intelligitur, e. g. Ioh. VII. 8, 10. c. XII. 20. Act. XXIV. 11. Gal. II. 2. Et hanc sententiam calculo quoque suo approbarunt SAMUEL BASNAGE in eruditissimo *Annalium Politico Ecclesiasticorum* opere Tom. I. ad an. Chr. 53. p. 658. §. IX. & doctissimus TILLEMONTIUS, qui *Hist. Eccl.* T. I. P. II. ad an. Christi 54. p. 599. de hoc itinere Paulino ita: *il monta, dit S. Luc, & salua*  
 l' E-

*l'Église, ce qui se doit entendre de celle de Jérusalem. Car son dessein étoit d'y aller, & il ne pouvoit s'en exempter. Act. XVIII. 21, 22. Rectius autem eos sentire putat Ven. WOLFFIUS in Notis ad Act. XVIII. 22. qui vocem illam ad τὸ ὑπερῶν sive locum, ubi convenire solebat ecclesia Cæsarensis, referunt: narratque simul Ludovicum de Dieu ad h. l. ostendere, quod priores illi non habeant idoneam ita sentiendi rationem. Ego vero potius, pace tanti Viri, neque apud eruditissimum LUD. DE DIEU, in *Animadvers.* ad h. l. & Luc. V. 2, quicquam me fateor invenisse, quod supra stabilitam sententiam iure possit evertere; nec satis firmam video rationem, quæ Paulum a firmissimo Hierosolymam eundem proposito retraxerit, Luca præsertim tacente, qui tamen hocce propositum non reticuit. Equidem non ignoro, in *Codice Cantabrigiensi Bezae* rationem quamdam ipsi textui insertam esse Act. XIX. 1. ubi hæc, quæ reliqui Codd. MSS. nobiscum tantum non omnes legunt verba: *Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλῶ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτέρω μέρη;* is huic in modum sistit interpolata: *Θέλοντος δὲ τῷ Παύλῳ κατὰ τὴν ἰδίαν βουλὴν πορεύεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα, ἔειπεν αὐτῷ τὸ πνεῦμα ὑποσφραῖσθαι εἰς τὴν Ἀσίαν διελθὼν δὲ τὰ ἀνωτέρω κ. τ. λ.* Ast notum quoque est, quam mirifice & supra omnem modum Græcus huius Codicis textus sit corruptus, adeoque nullius auctoritatis, ubi ab aliis Codd. deseritur. *Huius certe Græca quod attinet, vix dici potest, quam supra omnem modum in iis dirigendis licenter se gesserit, ac plane lascivierit interpolator, quisquis ille. In animo ipsi fuisse prima fronte credideris, non quidem textum ipsum exhibere, quem ediderant ipsi Evangelistæ, sed observato duntaxat S. textus ordine & historia, singula Evangelia absolutiora ac pleniora reddere; - - Imo vero certum illud unum, digestorem huius in hisce libris Evangeliorum & ACTUUM grassarum fuisse pro arbitrio; addidisse, sustulisse, mutasse, plane uti ferebat animus, observat MILLIUS §. 1274. Quare cum contra genuinam Lucæ historiam ista nil valeat interpolatio; nec id, quod ex ÆTHIOP. protulit**

LUD. DE DIEU, qui τὸ ἀναβάς h. l. ita vertit: *Et ascendit in domum Christianorum*, siquidem ista versio non solum in Evangeliiis, ubi tamen accuratior est, in paraphrases hinc inde excurret, sed & in *Actis* laxior sit longe, dum varia omittit, alia præter sensum textus Græci reddit; in Epistolis vero Paulinis immani nonnunquam a littera textus aberratione discedit, notante MILLIO §. 1188. ego quidem non video, ubi Pauli in urbem adventus ordine iam quartus, vel uti doctissimo SANDHAGENIO placet, *Harmon. Evang.* p. 240. sextus, rectius, quam inter Cæsaream & Antiochiam statuatur, siquidem deinceps Antiochia, ubi per aliquod tempus commoratus erat, profectus, regione Galatiæ & Phrygia v. 23. aliisque Asiæ minoris partibus superioribus peragratis, Ephesum rediit cap. XIX. 1. sicut peractio itinere Hierosolymitano se facturum promiserat. c. XVIII. 21.

(e) Hæ sunt rationes, quibus inductus clar. MILLIUS existimat Apostolum scripsisse ad Corinthios Epistolam quandam, priorem iis, quas habemus, quæ tamen intercidit. Quod ut obtineat vir eruditissimus, *tribus*, si non pluribus, opus habet suppositis nondum probatis. Quorum *primum* est Paulum, dum Ephesi paulo supra biennium moratus est, primo statim anno de Corinthiorum luxu moribusque corruptis famam natum esse. Quod licet fieri potuisse haud negemus: tamen cur idem ille rumor dissensiones quoque eorum ad ipsum non pertulerit, & cur illos in eadem Epistola a diffidiis istis non dehortatus sit, vix videmus; præsertim, cum iam diu inter ipsos Apollo versatus esset. Attulisset procul dubio & hoc Epistolæ perditæ argumentum Millius, si vel remotam quandam in tota, quam habemus, Epistola priori, invenisset occasionem, sive verbum aliquod Apostoli, quo contentiones ipsis paulo ante, & quidem per Epistolam hac nostra priorem, dissuasisse visus esset. Quod quum nequaquam reperiatur, eodem modo & nos argumentari possemus; ante eam, quam habemus, nihil scripsisse Apostolum: si enim scripsisset, eos sine dubio quoque a contentionibus dehortatus fuisset, cum utriusque  
rei

rei æque facile ad eum penetrare potuisset rumor; & sic quoque ad has suas dissuasionem in nostra genuina Epistola provocasset. Quid? quod in hac demum Epistola scortationis incestuosæ famam ad se pervenisse testetur Cap. V. 1. Sed ut huic supposito maiorem conciliet probabilitatis gradum Vir doctissimus, *supponit ulterius*: Apostolum ad omnimodam puritatem ac vitandum speciatim commercium cum fornicariis, INDEFINITE tamen & IN GENERE hortatum esse Corinthios, qui quoque verba eius non quidem *nimis laxè*, uti addit noster, sed potius, prout scripta fuisse fingit, *in genere* capiebant, putantes se iam sub Christo ab omni etiam cum Ethnicis fornicatoribus conversatione exclusos esse. Quod utrum cum Spiritus S. omnium operum suorum effectus prævidentis dictamine, adeoque cum vera Epistolæ Paulinæ *ἁγιωσύνης* consistere possit, an vèro minus? alii iudicent. Certe quicquid Paulus scripsit ad erudiendam in fide & moribus Ecclesiam, illud & *ἁγιωσύνης* & canonicum fuisse, supra ostendimus §. V. (b). Unde & *certum* Viri Clarissimi suppositum non admittimus, scilicet intercidisse Paulinam Epistolam, quamdiu meris pugnat coniecturis. Quod enim ad locum illum 1. Cor. V. 9. attinet, ubi præcipuum forte pro assertione eius argumentum situm esse videretur; certe ille a tot tantisque Viris iam dudum ita est vindicatus, ut ne quidem Chr. ENSIUS, dum libros quosdam canonicos N. F. intercidisse contendit, ex isto aliquid probare sustinuerit, Conf. eius *Biblioth. Sacre* IV. §. XXXIII. p. 51. Otium nobis in recensendis variorum de hoc dicto opinionibus fecit Rev. WOLFIUS in *Curia Philol. Crit.* ad h. l. ubi pro more magna cum polyhistoria laude eandem exponit. Exinde igitur potiora nobis excerpere licebit, additis iis, quæ ipsi observavimus: Fuerunt in eadem cum MILLIO sententia ex Patribus HILARIUS, Diac. Rom. medio sec. IV. auctor *Commentariorum in Epistolas Pauli*, qui inter Ambrosii opera habentur, T. V. p. 91. 257. & REMIGIUS ille, cuius exstant *Explanationes in Epp. Pauli* Biblioth. Patrum, T. V. P. III. p. 873. F. quemque *Rhemensem* fuisse frustra



stra probare voluit Villalpandus, *Lugdunensem* putavit Ufferius, *Antissiodorensi* vindicavit Aubertinus, HAYMONI vero Fulbertus Carnotensis, vix duobus ab hoc distans seculis, aliique recentiores adscribunt. Ex Pontificiis THOMAS AQUINAS, LIRA, CAIETANUS, CLARIUS, ZEGERUS, BELLARMINUS, ESTIUS in h. l. alijque haud pauci, quibus exinde ad imperfectionem canonis scripturæ argumentari lubet. Ex Protestantibus CALVINUS, in h. l. BÉZA, RUD. GUALTERUS, DAV. PAREUS, DRUSIUS, GROTIUS, HEINSIUS, SCLATERUS, COLOMESIUS in *Obss. Sacris*, Opp. p. 612. VAN TIL ad h. l. WITSIUS in *Meletem. Leid.* p. 121. STEPH. LE MOYNE in *Variis Sacris* p. 342. quibus iungi possunt CLERICUS in *Noth* ad h. l. & deinde quoque *Histor. Eccles. Sec.* l. p. 386, 388. SANDIUS in *Nucleo Hist. Eccles.* p. 8. &c. Ex nostræ vero Ecclesiæ Doctoribus FLACIUS in *Glossa N. T.* ÆG. HUNNIUS ad h. l. MYLIUS, RUNGIUS, GESNERUS, HESHUSIUS, LUC. OSIANDER, BALDUINUS, CALOVIUS, & novissime Ven. LANGIUS in *Comment. de Scriptis Pauli* p. 119. ac Cl. OEDERUS in *Synagm. Obss. Sacrarum* p. 576. sqq. Nonnullis visum fuit collinere Apostolum his verbis ad 2. Thess. III. 6. & 14. siquidem hanc Epistolam Corinthi scripserat, eamque sine dubio, æque ac priorem 1. Thess. V. 27. cum omnibus sanctis fratribus communicari voluerat: quibus autem utique obstat τὸ ΕΡΡΑΥΑ ΥΜΙΝ. Hinc longe plures, probe perpensis cuiuslibet sententiæ difficultatibus, iudicarunt verba illa ἔγραψα υμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ 1. Cor. V. 9. non aliam, quam hanc ipsam, in qua occurrunt, respicere Epistolam: conferendam autem esse, sive cum v. 1. 2. 5. & 7. eiusdem capituli, sive cum hoc ipso 9. & 11. Et quidem non solum ex Ecclesiæ reformatæ Doctoribus ac nostratibus ferè omnes, exceptis modo, quos supra indicavimus: verum & Patrum quoque plures, ac præstantiores ita sentiunt v. g. CHRYSOSTOMUS in h. l. THEODORITUS, THEOPHYLACTUS, PHOTIUS apud OECUMENE.

CUMENIUM ad h. l. aliique. Quin & ipsos inter Pontificios viri eminentioris nominis ERASMUS ad h. l. BARONIUS ipse, ad an. Ch. 57. num. 23. SIXTUS SENENSIS *Biblioth. S. Lib. 2.* in voce *Paulus*, p. m. 114. CORNELIUS A. LAPIDE ad h. l. TILLEMONTIUS T. I. P. II. p. 612. DUPINIUS *Dissert. Preliminair.* T. II. p. 49. ceteri, nobiscum consentiant. Hanc vero sententiam Millianæ præferendam esse, paucis iam monstrabimus.

1. Ex 1. Cor. XVI. v. 21-23. probabiliter concludere licet, Paulum nullam Epistolam ad Corinthios ante hanc misisse: id quod ex GROTIUS ad 2. Thess. III. 17. percommode observavit Ven. FABRICIUS *Biblioth. Gr. Lib. IV. Vol. III. p. 154.* licet ipse Grotius huius argumenti oblitus videatur ad 1. Cor. V. 9. Innumerant iam dudum Paulo fraudes Pseudoapostolorum 2. Thess. II. 2. unde ad genuinas suas a spuris dignoscendas Epistolas σημείον, salutationem sua manu scriptam addere necessum duxit (§. VII. not. b). Quemadmodum vero nec Corinthiorum Ecclesiam a versutiis istis Pseudoapostolorum liberam esse noverat: ita quoque Epistolis ad eam missis hoc suum imposuit sigillum. 1. Cor. XVI. 23. & 2. Cor. XIII. 13. Quo autem suam a manu impostorum dignoscere possent iam & in posterum Corinthii; in priori, quam habemus, Epistola v. 21. instruit eos, quid hoc sibi velit, his verbis: ὁ ἀσπασμός τῆ ἰμῶ χροῖ παύλος. Quæ vero in altera non addidit salutationi, siquidem iam ex priori didicerant, Paulum propria manu ita & non aliter scribere solere salutationem. Quod si aliam quandam ante eas, quas habemus, dedisset ad illos Epistolam, huius utique tanquam primæ, una cum sigillo, ista quoque addidisset verba: & sic in ea, quæ hanc excepit, nobisque prior est, non fuisset necessarium eadem repetere, quemadmodum neque in nostra posteriori repetuntur. Quia vero illi, quæ in nostro Canone N. T. prior existat, ad Corinthios Epistolæ expresse ab Apostolo addita esse animadvertimus: hinc primam quoque hanc esse, nec ul-

las ante ipsam missas ad hanc ecclesiam litteras colligimus. Accedit

2. consensus antiquitatis: tota certe antiqua Ecclesia plures Epistolas non vidit, multo minus admittit. Nec aliud quid inferunt

3. ipsa Apostoli verba: Ἐγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ etenim

a) Per articulum TH non *aliam*, sed *hanc ipsam* respici Epistolam, non pauca ostendunt exempla. 1. Thess. V. 27. Θεμιζω ὑμᾶς τὸν κύριον, ἀναγνώσθαι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἀγίοις ἀδελφοῖς: quænam, quæso, prælegeretur Epistola, nisi hæc ipsa? Rom. XVI. 22. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τίτριος ὁ γραψίας τὴν ἐπιστολὴν Scribens *HANC Epistolam*. Act. XV. 30. ἐπέδωκα τὴν ἐπιστολὴν. Quænam? certe non *aliam* quam hanc ipsam, quæ exarata legitur v. 23-29. Col. IV. 16. Ὅταν ἀναγνώσῃ παρ' ὑμῶν ἡ ἐπιστολή. Quænam? 3. hæc ipsa, in qua verba illa exstant. Sic etiam *ὁ LXX. Esth. III. 14. ΕΠΩΝ* verterunt τὸν ἐπιστολῶν, hunc ipsum articulum ad exprimendum *τὸ demonstrativum* sufficere putantes. Quid? quod vix unicus in toto N. F. codice occurrit locus, ubi hæc phrasis in singulari nude posita *aliam* designet epistolam: nam licet 2. Cor. VII. 8. Ὅτι ἐί καὶ ἐλύθησα ὑμᾶς EN TH ΕΠΙΣΤΟΛΗ, non ad hanc sed priorem referatur: mox tamen in eodem commate ad eam quoque restringi videbis per τὸ ΕΚΕΙΝΗ, ne scilicet ulla dubitandi superesset ratio. Plura vero loca non invenimus.

b) Aoristi tempus, sicut vel ipsa nominis etymologia indicat, haud determinatur aliter, quam substrata patitur materia: unde quoque significationem modo præsentis, modo imperfecti, perfecti & futuri potest obtinere. Hinc

c) quod ad vocem ἔγραψα attinet, illa h. l. non vertenda est, *scripseram* vel *scripsi*; sed *meliori iure scribo*; id quod seqq. monstrant: Siquidem

a) in hoc commate eodem modo reddi debet ac in sequenti v. 11 eadem enim utrinque sunt verba, *ὡνὶ δὲ ἔγραψα, καὶ συναμύνησθαι*, prout bene notavit Ven. FABRICIUS

*Col.*

*Cod. Apoc. N. T. P. II. p. 920.* cuius eruditissimis observationibus plura quoque debemus. Iam nemo inficias ibit verba v. 11. de *presenti*, non vero præterito tempore, & de *hac* non alia epistola esse exponenda: ergo & eadem verba in proxime antecedenti v. 9. ita explicari oportet. Nec obstant particulae v. 11. *ὅτι δὲ*, tanquam forte h. l. tantum restringentes Aoristum ad præsens: istis enim non tempus temporis, sed sensum sensui hic opponi, docet contextus, observante ISAACO FAUSTIO in *Diss. de Epistola Pauli I. ad Cor. §. 24.* Argent. 1671.

β) Alia quoque N. F. loca hanc vocem eodem explicandam fiunt modo 1. Joh. II. 21. *οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι ἐκ αἰδато τὴν ἀλήθειαν*, non ad præcedentia modo, verum ad sequentia quoque referri ostendit contextus: unde bene exponitur, *non scribo vobis*. Longe vero melius v. 14. ubi bis occurrit *ἔγραψα*, utrobique vertendum, non *scripsi*, sed *scribo*; totam enim iis scripsit Epistolam, cuius tamen, cum hac comma scriberet, exigua saltem pars perfecta erat: unde Aoristus hic manifesto, inseruit variationi, ne scil. præsentis *γράφω* vel sexies committatur repetitio. Rom. XVI. 22. *Saluto vos ego Tertius, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν. qui scripsi*, an *scribo* epistolam? certe hoc vel ideo antefendum est, quia non solum antecedentia exaraverat, sed & in actu scribendi adhuc dum constitutus, sequentem quoque versum scripturus erat. Conf. Joh. XXI. 24. Sic quoque 1. Petr. V. 12. *Διὰ Σιλουάνῃς ὑμῖν - - - ἡ δὲ ἐλθὼν ἔγραψα*, *per Sivanum vobis pauca SCRIBO*, iam enim scribit Apostolus, additurus quoque ultimos versiculos. Aliam vero, quæ dudum periit, hic intelligi epistolam, uti putat GROTIUS ad h. l. & *ἐναεργῶς* evinci posse fingit COLOMESIUS in *Obss. Sacr.* Opp. p. 613. ad 1. Cor. V. 9. neque contextus nec ullum aliud suadet argumentum. Conf. Gal. VI. 11. Philem. η. 21. imprimis vero versu 19. *Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἐγὼ ἀποτίσω*. Item 1. Cor. IX. 15. *Ἐγὼ νερο πᾶλλιν. horum usus sum.* *οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα*

*ταῦτα, non tamen SCRIBO hac, ut mihi ista fiat, Conf. Rom. XV. 15.*

γ) Ipsi quoque Auctores profani, non aoristum solum, sed quod magis est, perfectum quoque ad designandam rem presentem adhibent. Sic enim in *Epistola Philippi* ad Athenienses apud **DEMOSTHENEM** *Orat. de corona: γέγραφα ὑμῖν, ἵνα μὴ πλείον ἐνοχλήθε περὶ τούτων, Scribo vobis, ne amplius de his laboretis.* Et *epistola VIII.* earum, quæ **PHALARIDI** tribuantur: *γέγραφα σοι συντόμως, summam tibi scribo.* Observante **Cel. FABRICIO** *Biblioth. Gr. Lib. IV. c. V. Vol. III. p. 154.*

δ) Tandem, si vel maxime poneremus, τὸ ἔγραψα in præterito h. l. esse vertendum, (quod tamen aliter se habere iam ostensum est): sufficeret Apostolum in hac ipsa Epistola idem, si non quoad verba, tamen quoad sensum scripsisse, ad quod hic provocat. Etenim commercium cum fornicariis non habere v. 9. quid aliud est, quam scortatorum fugere, & quod magis, curam gerere, ut e medio cœtus sui tollatur v. 1. 2. imo Satanz tradatur v. 5. quo scilicet fermentum eiusmodi non latius serpat, sed expurgetur v. 7. Quo quidem sensu iam laudatus **FABRICIUS** *Cod. Apocr. N. T. P. II. p. 920. not. g.* hunc locum egregie exponit: *Scripsi vobis hac, presentis Epistola, propterea ne fornicariis communicetis. Non loquor de Ethnicis, qui ferendi vobis sunt: verum scripsi ista, ne tanquam fratri communicetis, qui est fornicarius.* Et sic rursus non alia fingenda esse epistola, cum id, quod quarimus, in hac ipsa exstet. Interim sententia contraria occasionem nonnullis videtur fecisse suppositivam quandam Pauli ad Corinthios æque ac horum ad Paulum, epistolam comminisci, utramque lingua Armena & ex istis oris in occidentem perlatam. Primus, ni fallor, earum meminuit magnus ille in orbe litterato **US-SERIUS**; post eum **JOH. GREGORIUS** circa medium sæculi prioris: qui ambo eas semet vidisse ipsos testantur *Armenice Smyrnæ descriptas cum versione Italica in MS. apud*

apud Gilbertum North, ille in *Notis in Epist. Ignatii ad Trallianos*, §. XI. p. m. 29. hic *Critic. Sacror. Anglic.* T. IX. p. 2766. Paulo tamen post COTELERIUS se didicisse ait, ab illustrissimo Archiep. Armeno, qui in hac regia urbe (Parisii) versabatur, haberi apud suos (scilicet Armenos) dictas epistolas, & apocryphas haberi. T. I. *Opp. Patrum Apostolic.* pag. m. 354. not. 61. Indeque eas COLOMESIUS, præsertim Paulinam, tantquam spuriam reiecit in *Obss. Sacris*, *Opp.* p. 612. ad 1. Cor. V. 9. Id quod claritus anno huius seculi 15. evictum est, cum Ultraicæ Cl. DAVID WILKINS, in Gazophylacio orientaliū codicum PHILIPPI MASSONI in MSS. Armenicum, quod una cum *vita S. Iohannis Evangelista*, iam ante in *Lexicōario Armenico* impressa, binas illas continebat epistolas, incidens, eas non solum cum *Versione* sua publici faceret iuris Amstel. 1715. 4. unde mox in *Hist. Criticam Reipubl. litter.* T. X. p. 148. ipse cel. MASSONUS; & in *Nova Litteraria Lipsiensia* (*Gelehrte Zeitungen* an. 1715. p. 174.) germanice versas horum Auctores cell. transtulerunt: Verum etiam hortatu *Relandi* ad eruditissimum LA CROZE, Armenicarum litterarum longe peritissimum, una cum sua *versione* Berolinum transmitteret. Dabat mox *Anonymus* quidam, vir eruditus, luculentam ad cel. *Relandum* epistolam, qua litteras istas non modo non Apostolicas, sed ne orthodoxas quidem esse probavit, dubius tamen cui seculo adiudicaret, Gnosticone, an potius Eutychiano? donec tandem supra laudatus LA CROZE an. seq. 1716. *versionem* emendatorem vulgaret, qua licet aliquam ab iis heterodoxiæ suspicionem amolitus esset, tamen impostorem Armenum, Monachum aut Presbyterum, ad tempora Paulicianorum, sive finem seculi X. vel initia XI. reiecit. Confer. qui hæc scripta iunctim edidit, ven. FABRICIUS *Cod. Apoc.* N. T. T. III. p. 666-685. Et licet deinceps GUIL. WHISTONUS utriusque epistolæ exemplum edito plenius, ac vitiosissime descriptum, Halebo Syriae nactus, novam a laudatissimo LA CROZE *versionem* acceperit, quam una cum latina *versione* Negri Arabis ex Arabico facta,

& Anglicana sua, *Collectioni athenicorum Monumentorum V. & N. T. T.* II. p. 585-605. inseruit, subiuncta usque ad p. 639. Dissertatione, ad harum epistolarum *γνησιότητα* more suo tuendam: tamen neque ab ipso neque aliis impetrare potuit viris doctissimis, ut sententiam mutarent. Vid. Ven. WOLFII *notas* l. c. p. 374. Addam hic *Pseudo Paulinam*, ut lector ipse de ea ferre possit iudicium, & quidem ex priori ac emendata M. La Croze Versione, siquidem plenior illam hic frustra quaesivi.

*Paulus vincit Jesu Christi, Fratribus Corinthiis variis confessionibus exagitat, Salutem. Nihil miror tam celeriter accurrere improbitatis persuasores, cum enim Dominus Jesus cito perfecturus sit adventum suum, sunt qui permittent & despiciant eius mandata. Ego vero ab initio id ipsum vos docui, quod a prioribus Apostolis accepi, qui perpetuo cum Domino conversati sunt. Dico ergo Dominum Jesum e Maria Virgine e semine David natum esse, secundum id, quod Spiritus Sanctus e Caelo a Patre in eam missus annuntiaverat, ut videlicet Jesus in mundo conversaretur, & carne sua omnem carnem liberaret, nosque suscitaret a mortuis, cuius resurrectionis se ipsum exemplar ostendit. Præterea manifestum est hominem a Patre esse creatum, idcircoque in perditione haud ita relictum esse, quin ulterius perquireretur; perquisitus est enim, ut per adoptionem filialem, vitam obtineret. Nam Deus, qui Dominus est omnium & Pater Domini nostri Jesu Christi, primum misit Prophetas ad Judæos, ut eos a peccatis abstraheret, & ad iustitiam adduceret. Cum enim vellet domum Israël servare, e Spiritu suo largitus est & misit in Prophetas, qui cultum DEI, nulli errori obnoxium, & (Christi) natiuitatem diuturno tempore prædicarunt.*

EPIST.

EPIST. I. AD CORINTH.  
SCRIPTA CIRCA AN. LVII

## §. 9.

Cum Paulus forte biennium egisset apud Ephesios, venerunt ad eum a Corinthiis *Apollos*, *Stephanus*, *Fortunatus* & *Achaicus* 1. Cor. XVI. 12, 17, 19. ac detulerunt secum Epistolam ab Ecclesia Corinthiaca (a), in qua Apostoli mentem exquirebant de commercio cum scortatoribus, (id enim videtur, uti prius notavimus) nuptiis, idolothytiis, mulierum moribus in Ecclesia, natura & usu spiritualium charismatum (b), ac denique resurrectione mortuorum; nam & de hac dubitabant nonnulli (c) propter adventus Domini tarditatem, quam ipsis continuo obiecere Pseud-Apostoli. Illis eum de rebus hisce consulentibus respondet D. Paulus in hac epistola. Conscriptam autem eam fuisse manifestum est ante quam Paulus ascendisset Hierosolymam, ex Epistolæ huius cap. 16. v. 3, 4. & ante inceptum eius iter in Macedoniam: ibid. v. 5. at vero post ipsius *Ἐπιπορευσάν* (d) apud Ephesios; huius siquidem mentio fit Cap. XV. huius epistolæ. Quando igitur? haud diu sane, antequam ex Asia abierat anno æræ vulg. 57. (e) & quidem aliquanto ante istius anni festum Paschale, ad illud enim manifesto alluditur, Cap. V. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio: etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festum celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitie & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

(a) 1. Cor. VII. 1. In supra vero memorata Corinthiorum ad Paulum Epistola nulla sit harum rerum omnium, si solam resurrectionem



tionem mortuorum exceperis, mentio, manifesto *νοθήτας* in-  
 dicio. Ita vero illa ex eruditissimi LA CROZE versione sonat:  
*Stephani, & qui cum eo Presbyteri, Nemenus, Eubulus,  
 Theophilus, & Nomeson, Paulo fratri Salutem. Homines quorundam  
 Corinthum venerunt Simon & Clobeus nomine, qui nonnullorum  
 fidem vehementer movent, persuasoria & corrumpentibus  
 verbis, quibus tu per te metipsum occurrere debes; Nos enim  
 neque abs te, neque ab alio Apostolo, huiusmodi verba audivimus;  
 sed id unum scimus, quicquid a te & ab alio accepimus,  
 id constanter servavimus. Ea vero in re valde nostri DEUS  
 misericors est, quod tu adhuc in corpore nobiscum versaris, neque  
 denuo audituri simus. Quam primum igitur ad nos scribe,  
 quid certo tenendum sit, vel ipse cito veni ad nos. Nos in  
 Dominum credimus, cum sese manifesta apparitione demonstrasse,  
 eaque nos e manu iniqui liberasse. Eorum vero verba erronea  
 sunt: aiunt enim nihil opus esse legere Prophetas; DEUM non esse  
 Omnipotentem; nullam fore mortuorum resurrectionem; carnem  
 nullo pacto a DEO esse creatam; JESU CHRISTI corpus e  
 Maria Virgine natum non esse; denique mundum non esse creaturam  
 DEI, sed Angelus cuiusdam. Itaque, Frater, da operam,  
 ut cito ad nos venias, ut sine offensione maneat Corinthiorum  
 civitas; & eorum insipientia palam coram omnibus diffamata,  
 removeatur. Vale in Domino.*

(b) Confer 1. Cor. VII. v. 1. cum cap. VIII. 1. cap. XII. 1.

(c) 1. Cor. XV. 12. Potest autem hic locus, una cum universa  
 Apostoli, quæ in hoc capite sequitur, tractatione, vel de seductis,  
 vel de seductoribus, vel etiam de utrisque explicari; ita tamen,  
 ut hos refelleret, istos vero simul in fide confirmaret; id quod  
 inter alia post enumeratas erroris consequentias addita phrasia:  
*μη πλυνθέντες, κ.τ.λ. v. 33.* innuere videtur. Seductos in  
 Ecclesia Corinthiaca, eosque tantum dubitantes de resurrectione  
 mortuorum, propter adventus Domini tarditatem ipsis continuo a  
 Pseudoapostolis obiectam intellexisse videtur noster: cui tamen  
 argumento hic obviam ivisse Apostolum, sicut Petrus fecit 2. Epist. c. II. 4. seqq. & III. 4. seqq. & ipse  
 quoque

quoque Paulus in 2. ad Theff. epistola, vix invenimus. Seductores autem ipsos hic notari putat cl. CAMPEGIUS VITRINGA *Obff. Sacrarum* Lib. IV. c. IX. ubi de hæresibus natis in Ecclesia Apostolica ex professo ac pro more suo, i. e. erudite disputat. Et primum quidem instituta huius capituli collatione ostendit, omne fere ab istis æternæ gloriæ & vitæ præmium fuisse impugnatum §. IV, V. siquidem Apostolus ex eorum hypothesei has consecutiones educit: *Eos, qui in Domino mortui sunt, periisse v. 18.* sive spe ac mercede fidei laborumque sibi proposita frustratos esse. Hinc *qui in Christum credunt, omnium mortalium esse miserrimos, v. 19.* meliusque forte acturos, qui edendo, bibendo, ludendo, felicitatem huius vitæ sectarentur v. 32. Quæ singula quoque argumenta in subsidium vocavit excellentissimus olim Ienensium Theologus IO. FRANC. BUDDEUS in *Commentatione de ecclesia Apostolica* c. V. §. II. p. 298. seq. ad ipsum tandem, licet in alio quodam argumento cognato, VITRINGAM provocans p. 301. Deinde vero *hic* p. 987. in erroris istius principium inquirere contendit, quod præter *affectedum depravatam malamque conscientiam* §. VII. statuit esse *falsam de modo resurrectionis* sive de τῶ πῶς & ποῦ σῴματι *ratiocinationem* v. 35. enarrans ulterius §. VII. quomodo doctrinæ huius Patroni argumenta ex V. T. pro resurrectione prolata eluserint? explicando scilicet loca illa sive de resurrectione *spirituali*, vel si mavis, *moralis*, futura cum & sub regno Messie, quando mundus ab erroribus & vitiis liberandus erat; id quod sec. II. quoque docuerunt VALENTINIANI & MARCIONITÆ; & sic eos explicasse mavult GROTIUS ac Vener. BUDDEUS: sive de resurrectione *Politica* i. e. & cum restituta Iudæorum republica post exilium Babylonicum, & præcipue post profanata Iudæorum sacra per Antiochum; id quod ipsi placet Vitringæ. Qui quoque ex 2. Tim. II. 18. non dissentiente Buddeo, determinat: quinam fuerint hi seductores, nimirum HYMENÆUS & PHILETUS, ac forte quoque *Alexander* 1. Tim. I. 20. quippe quos Apostolus asserit dicere, τῆ ἀνάστασις ἡδὴ γεγενηται; & unde

stra probare voluit Villalpandus, *Lugdunensem* putavit Usserius, *Antissiodorensi* vindicavit Aubertinus, HAYMONI vero Fulbertus Carnotensis, vix duobus ab hoc distans seculis, aliique recentiores adscribunt. Ex Pontificiis THOMAS AQUINAS, LIRA, CAIETANUS, CLARIUS, ZEGERUS, BELLARMINUS, ESTIUS in h. l. aliique haud pauci, quibus exinde ad imperfectionem canonis scripturæ argumentari lubet. Ex Protestantibus CALVINUS, in h. l. BÉZA, RUD. GUALTERUS, DAV. PAREUS, DRUSIUS, GROTIUS, HEINSIUS, SCLATERUS, COLOMESIUS in *Obss. Sacris*, Opp. p. 612. VAN TIL ad h. l. WITSIUS in *Meletem. Leid.* p. 121. STEPH. LE MOYNE in *Variis Sacris* p. 342. quibus iungi possunt CLERICUS in *Noctis* ad h. l. & deinde quoque *Histor. Eccles. Sec.* l. p. 386, 388. SANDIUS in *Nucleo Hist. Eccles.* p. 8. &c. Ex nostræ vero Ecclesiæ Doctoribus FLACIUS in *Glossa N. T.* ÆG. HUNNIUS ad h. l. MYLIUS, RUNGIIUS, GESNERUS, HESHUSIUS, LUC. OSIANDER, BALDWINUS, CALOVIUS, & novissime Ven. LANGIUS in *Comment. de Scriptis Pauli* p. 119. ac Cl. OEDERUS in *Synonym. Obss. Sacrarum* p. 576. sqq. Nonnullis visum fuit collinere Apostolum his verbis ad 2. Thess. III. 6. & 14. siquidem hanc Epistolam Corinthi scripserat, eamque sine dubio, æque ac priorem 1. Thess. V. 27. cum omnibus sanctis fratribus communicari voluerat: quibus autem utique obstat τὸ ΕΡΡΑΥΑ ΥΜΙΝ. Hinc longe plures, probe perpensis cuiuslibet sententiæ difficultatibus, iudicarunt verba illa ἡγγελῆσαι ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ 1. Cor. V. 9. non aliam, quam hanc ipsam, in qua occurrunt, respicere Epistolam: conferendam autem esse, sive cum v. 1. 2. 5. & 7. eiusdem capituli, sive cum hoc ipso 9. & 11. Et quidem non solum ex Ecclesiæ reformatæ Doctoribus ac nostratibus fere omnes, exceptis modo, quos supra indicavimus: verum & Patrum quoque plures, ac præstantiores ita sentiunt v. g. CHRYSOSTOMUS in h. l. THEODORITUS, THEOPHYLACTUS, PHOTIUS apud OECUMENE.

CUMENIUM ad h. l. aliique. Quin & ipsos inter Pontificios viri emunctioris nominis ERASMUS ad h. l. BARONIUS ipse, ad an. Ch. 57. num. 23. SIXTUS SENENSIS *Biblioth. S. Lib. 2.* in voce *Paulus*, p. m. 114. CORNELIUS A LAPIDE ad h. l. TILLEMONTIUS T. I. P. II. p. 612. DUPINIUS *Dissert. Preliminair.* T. II. p. 49. ceteri, nobiscum consentiant. Hanc vero sententiam Millianæ præferendam esse, paucis iam monstrabimus.

1. Ex 1. Cor. XVI. v. 21-23. probabiliter concludere licet, Paulum nullam Epistolam ad Corinthios ante hanc misisse: id quod ex GROTIUS ad 2. Thess. III. 17. percommode observavit Ven. FABRICIUS *Biblioth. Gr. Lib. IV. Vol. III. p. 154.* licet ipse Grotius huius argumenti oblitus videatur ad 1. Cor. V. 9. Innotuerant iam dudum Paulo fraudes Pseudoapostolorum 2. Thess. II. 2. unde ad genuinas suas a spuris dignoscendas Epistolas *σημείον*, salutationem sua manu scriptam addere necessum duxit (§. VII. not. b). Quemadmodum vero nec Corinthiorum Ecclesiam a versutiis istis Pseudoapostolorum liberam esse noverat: ita quoque Epistolis ad eam missis hoc suum imposuit sigillum. 1. Cor. XVI. 23. & 2. Cor. XIII. 13. Quo autem suam a manu impostorum dignoscere possent iam & in posterum Corinthii; in priori, quam habemus, Epistola v. 21. instruit eos, quid hoc sibi velit, his verbis: *ὁ ἀσπασμός τῆ ἐμῆ χειρὸς παύλας*. Quæ vero in altera non addidit salutationi, siquidem iam ex priori didicerant, Paulum propria manu ita & non aliter scribere solere salutationem. Quod si aliam quandam ante eas, quas habemus, dedisset ad illos Epistolam, huic utique tanquam primæ, una cum sigillo, ista quoque addidisset verba: & sic in ea, quæ hanc excepit, nobisque prior est, non fuisset necessarium eadem repetere, quemadmodum neque in nostra posteriori repetuntur. Quia vero illi, quæ in nostro Canone N. T. prior existat, ad Corinthios Epistolæ expresse ab Apostolo addita esse animadvertimus: hinc primam quoque hanc esse, nec al-

las. ante ipsam missas ad hanc ecclesiam litteras colligimus. Accedit

2. consensus antiquitatis : tota certe antiqua Ecclesia plures Epistolas non vidit , multo minus admisit. - Nec aliud quid inferunt
3. ipsa Apostoli verba : Ἐγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ etenim
  - a) Per articulum TH non *aliam*, sed *hanc ipsam* respici Epistolam, non pauca ostendunt exempla. 1. Thess. V. 27. Ομιλοῦμαι ὑμᾶς τὸν κύριον, ἀναγνώθηναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἀγίοις ἀδελφοῖς. *quamnam, quæso, prælegeretur Epistola, nisi hæc ipsa?* Rom. XVI. 22. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γραψίας τὴν ἐπιστολὴν *Scribe hanc Epistolam.* Act. XV. 30. ἐπέδωκα τὴν ἐπιστολὴν. *Quamnam? certe non aliam quam hanc ipsam, quæ exarata legitur v. 23-29. Col. IV. 16. Ὅταν ἀναγνώθῃ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή. Quamnam? h. hæc ipsa, in qua verba illa exstant. Sic etiam οι LXX. Esth. III. 14. עֲרַבְתָּ וְתַרְגְּמוּ אֶת-הַמִּשְׁלָּה, hunc ipsam articulum ad exprimendum ἢ demonstrativum sufficere putantes. Quid? quod vix unicus in toto N. F. codice occurrat locus, ubi hæc phrasıs in singulari nude posita aliam designet epistolam: nam licet 2. Cor. VII. 8. Ὅτι ἐί καὶ ἐλείπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, non ad hanc sed priorem referatur: mox tamen in eodem commate ad eam quoque restringi videbis per τὸ ΕΚΕΙΝῆ, ne scilicet ulla dubitandi superesset ratio. Plura vero loca non invenimus.*
  - b) Aoristi tempus, sicut vel ipsa nominis etymologia indicat, haud determinatur aliter, quam substrata patitur materia: unde quoque significationem modo presentis, modo imperfecti, perfecti & futuri potest obtinere. Hinc
  - c) quod ad vocem ἔγραψα attinet, illa h. l. non vertenda est, *scripseram* vel *scripsi*; sed *meliori iure scribo*; id quod seqq. monstrant: Siquidem
    - a) in hoc commate eodem modo reddi debet ac in sequenti v. 11 eadem enim utrinque sunt verba, *ὡνὶ δὲ ἔγραψα, καὶ συναμύγνυθαι*, prout bene notavit Ven. FABRICIUS

*Cod.*

*Cod. Apoc. N. T. P. II. p. 920.* cuius eruditissimis observationibus plura quoque debemus. Iam nemo inficias ibit verba v. 11. de *præsenti*, non vero præterito tempore, & de *hac* non alia epistola esse exponenda: ergo & eadem verba in proxime antecedenti v. 9. ita explicari oportet. Nec obstant particulae v. 11. *ὡν δὲ*, tanquam forte h. l. tantum restringentes Aoristum ad præsens: istis enim non tempus temporis, sed sensum sensui hic opponi, docet contextus, observante ISAACO FAUSTIO in *Diss. de Epistola Pauli I. ad Cor. §. 24.* Argent. 1671.

β) Alia quoque N. F. loca vocem eodem explicandam fi-  
sunt modo 1. Joh. II. 21. *οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι ἐκ αἰδότητος τὴν ἀλήθειαν*, non ad præcedentia modo, verum ad sequentia quoque referri ostendit contextus: unde bene exponitur, *non scribo vobis*. Longe vero melius v. 14. ubi bis occurrit *ἔγραψα*, utrobique vertendum, non *scripsi*, sed *scribo*; totam enim iis scripsit Epistolam, cuius tamen, cum hac comma scriberet, exigua saltem pars perfecta erat: unde Aoristus hic manifesto, inseruit variationi, ne scil. præsentis *γράφω* vel sexies committatur repetitio. Rom. XVI. 22. *Saluto vos ego Tertius, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν. qui scripsi*, an *scribo* epistolam? certe hoc vel ideo antefendum est, quia non solum antecedentia exaraverat, sed & in actu scribendi adhuc dum constitutus, sequentem quoque versum scripturus erat. Conf. Joh. XXI. 24. Sic quoque 1. Petr. V. 12. *Διὰ Σιλουάνου ὑμῖν - - - ἡ δὲ ἀλόγων ἔγραψα*, *per Silvanum vobis pauca SCRIBO*, iam enim scribit Apostolus, additurus quoque ultimos versiculos. Aliam vero, quæ dudum periit, hic intelligi epistolam, uti putat GROTIUS ad h. l. & *ἐναργῶς* evinci posse fingit COLOMESIUS in *Obss. Sacr. Opp. p. 613.* ad 1. Cor. V. 9. neque contextus nec ullum aliud suadet argumentum, Conf. Gal. VI. 11. Philem. 7. 21. imprimis vero versu 19. *Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἐγὼ ἀποτίσω.* Item 1. Cor. IX. 15. *Ego vero nullius horum usus sum. Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα*

*ταῦτα, non tamen SCRIBO hac, ut mihi ita fiat.* Conf. Rom. XV. 15.

γ) Ipsi quoque Auctores profani, non oris solum, sed quod magis est, perfectum quoque ad designandam rem presentem adhibent. Sic enim in *Epistola Philippi* ad Athenienses apud DEMOSTHENEM *Orat. de corona: γέγραφα ὑμῖν, ἵνα μὴ πλείον ἐνοχλήσῃτε περὶ τούτων, Scribo vobis, ne amplius de his laboretis.* Et *epistola VIII.* earum, quæ PHALARIDI tribuantur: *γέγραφα σοι συρτόμας, summatis tibi scribo.* Observante Cel. FABRICIO *Biblioth. Gr. Lib. IV. c. V. Vol. III. p. 154.*

δ) Tandem, si vel maxime poneremus, τὸ ἔγραψα in præterito. h. l. esse verendum, (quod tamen aliter se habere iam ostensum est): sufficeret Apostolum in hac ipsa Epistola idem, si non quoad verba, tamen quoad sensum scripsisse, ad quod hic provocet. Etenim commercium cum fornicariis non habere v. 9. quid aliud est, quam scortatorum fugere, & quod magis, curam gerere, ut e medio cœtus sui tollatur v. 1. 2. imo Satanae tradatur v. 5. quo scilicet fermentum eiusmodi non latius serpat, sed expurgetur v. 7. Quo quidem sensu iam laudatus FABRICIUS *Cod. Apocr. N. T. P. II. p. 920. not. g.* hunc locum egregie exponit: *Scripsi vobis hac, presentis Epistola, propterea ne fornicariis communicetis. Non loquor de Ethnicis, qui ferendi vobis sunt: verum scripsi ista, ne tanquam fratri communicetis, qui est fornicarius.* Et sic rursus non alia fingenda esse epistola, cum id, quod querimus, in hac ipsa exstet. Interim sententia contraria occasionem nonnullis videtur fecisse supposititiam quandam Pauli ad Corinthios æque ac horum ad Paulum, epistolam comminisci, utramque lingua Armena & ex illis oris in occidentem perlatam. Primus, ni fallor, earum meminit magnus ille in orbe literato US-SERIUS; post eum JOH. GREGORIUS circa medium sæculi prioris: qui ambo eas semet vidisse ipsos testantur Armenice Smyrnae descriptas cum versione Italica in MS. apud

apud Gilbertum North, ille in *Notis in Epist. Ignatii ad Trallianos*, §. XI. p. m. 29. hic *Critic. Sacror. Anglic.* T. IX. p. 2768. Paulo tamen post COTELERIUS se didicisse ait, ab illustrissimo Archiep. Armeno, qui in hac regia urbe (Parisii) versabatur, haberi apud suos (scilicet Armenos) duas epistolas, & apocryphas haberi. T. I. *Opp. Patrum Apostolic.* pag. m. 354. not. 61. Indeque eas COLOMESIUS, præsertim Paulinam, tantquam spuriam reiecit in *Obss. Sacris*, *Opp.* p. 612. ad 1. Cor. V. 9. Id quod clarius antio huius seculi 15. evictum est, cum Ultraicæ Cl. DAVID WILKINS, in Gazophylaciis orientaliū codicum PHILIPPI MASSONI in MSS. Armenicū, quod una cum *vita S. Iohannis Evangelista*, iam ante in *Lectionario Armenico* impressa, binas illas continebat epistolas, incidens, eas non solum cum *Versione* sua publici faceret iuris Amstel. 1715. 4. unde mox in *Hist. Criticam Reipubl. litter.* T. X. p. 148. ipse cel. MASSONUS; & in *Nova Litteraria Lipsiensia* (*Gelehrte Zeitungen* an. 1715. p. 174.) germanice versas horūm Auctores cell. transtulerunt: Verum etiam hortatu *Relandi* ad eruditissimū LA CROZE, Armenicarū litterarū longe peritissimū, una cum sua *versione* Berolinū transmitteret. Dabat mox *Anonymus* quidam, vir eruditus, luculentam ad cel. *Relandum* epistolam, qua litteras istas non modo non Apostolicas, sed ne orthodoxas quidem esse probavit, dubius tamen cui seculo adiudicaret, Gnosticone, an potius Eutychiano? donec tandem supra laudatus LA CROZE an. seq. 1716. *versionem* emendatorem vulgaret, qua licet aliquam ab iis heterodoxiæ suspicionem amolitus esset, tamen impostorem Armenū, Monachū aut Presbyterū, ad tempora Paulicianorū, sive finem seculi X. vel initia XI. reiecit. Confer. qui hæc scripta iunctim edidit, ven. FABRICIUS *Cod. Apoc.* N. T. T. III. p. 666-685. Et licet deinceps GUIL. WHISTONUS utriusque epistolæ exemplū edito plenius, ac vitiosissime descriptum, Halebo Syriæ nactus, novam a laudatissimo LA CROZE *versionem* acceperit, quam una cum latina *versione* Negri Arabis ex Arabico facta,



& Anglicana sua, *Collectioni authenticorum Monumentorum V. & N. T. T.* II p. 585-605. inseruit, subiuncta usque ad p. 639. Dissertatione, ad harum epistolarum *γνησιότητα* more suo tuendam: tamen neque ab ipso neque aliis impetrare potuit viris doctissimis, ut sententiam mutarent. Vid. Ven. WOLFII *notas* l. c. p. 374. Addam hic *Pseudo Paulinam*, ut lector ipse de ea ferre possit iudicium, & quidem ex priori ac emendata M. La Croze Versione, siquidem plenioram illam hic frustra quaesivi.

*Paulus vincit* JESU Christi, *Fratribus Corinthiis variis confessionibus exagitati, Salutem.* Nihil miror tam celeriter accurrere improbitatis persuasores, cum enim Dominus JESUS cito perfecturus sit adventum suum, sunt qui permulent & despiciant eius mandata. Ego vero ab initio id ipsum vos docui, quod a prioribus Apostolis accepti, qui perpetuo cum Domino conversati sunt. Dico ergo Dominum JESUM e Maria Virgine e semine David natum esse, secundum id, quod Spiritus Sanctus e Caelo a Patre in eam missus annuntiaverat, ut videlicet JESUS in mundo conversaretur, & carne sua omnem carnem liberaret, nosque suscitaret a mortuis, cuius resurrectionis se ipsum exemplar ostendit. Praeterea manifestum est hominem a Patre esse creatum, idcircoque in perditione haud ita relictum esse, quin ulterius perquireretur; perquisitus est enim, ut per adoptionem filialem, vitam obtineret. Nam DEUS, qui Dominus est omnium & Pater Domini nostri JESU Christi, primum misit Prophetas ad Judaeos, ut eos a peccatis abstraheret, & ad iustitiam adduceret. Cum enim vellet domum Israelis servare, e Spiritu suo largitus est & misit in Prophetas, qui cultum DEI, nulli errori obnoxium, & (Christi) natiuitatem diuturno tempore predictarunt.

EPIST.

EPIST. I. AD CORINTH.  
SCRIPTA CIRCA AN. LVII

## §. 9.

Cum Paulus sorte biennium egisset apud Ephesios, venerunt ad eum a Corinthiis *Apollos, Stephanas, Fortunatus & Achaicus* 1. Cor. XVI. 12, 17, 19. ac detulerunt secum Epistolam ab Ecclesia Corinthiaca (a), in qua Apostoli mentem exquirebant de commercio cum scortatoribus, (id enim videtur, uti prius notavimus) nuptiis, idolothytiis, mulierum moribus in Ecclesia, natura & usu spiritualium charismatum (b), ac denique resurrectione mortuorum; nam & de hac dubitabant nonnulli (c) propter adventus Domini tarditatem, quam ipsis continuo obiecere Pseud-Apostoli. Illis eum de rebus hisce consulentibus respondet D. Paulus in hac epistola. Conscriptam autem eam fuisse manifestum est ante quam Paulus ascendisset Hierosolymam, ex Epistolæ huius cap. 16. v. 3, 4. & ante inceptum eius iter in Macedoniam: ibid. v. 5. at vero post ipsius *Ἐπισημασίαν* (d) apud Ephesios; huius siquidem mentio fit Cap. XV. huius epistolæ. Quando igitur? haud diu sane, antequam ex Asia abierat anno æræ vulg. 57. (e) & quidem aliquanto ante istius anni festum Paschale, ad illud enim manifesto alluditur, Cap. V. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio: etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festum celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitie & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

(a) 1. Cor. VII. 1. In supra vero memorata *Corinthiorum ad Paulum Epistola* nulla fit harum rerum omnium, si solam resurrectionem

tionem mortuorum exceperis, mentio, manifesto *νοθήτας* in-  
 dicio. Ita vero illa ex eruditissimi LA CROZE versione sonat:  
*Stephani, & qui cum eo Presbyteri, Nemenus, Eubulus,  
 Theophilus, & Nomeson, Paulo fratri Salutem. Homines quor-  
 dam Corinthum venerunt Simon & Clobeus nomine, qui nonnul-  
 lorum fidem vehementer movent, persuasoria & corrumptentibus  
 verbis, quibus tu per te metipsum occurrere debes: Nos enim  
 neque abs te, neque ab aliis Apostolis, huiusmodi verba audivim-  
 us; sed id unum scimus, quicquid a te & ab aliis accepimus,  
 id constanter servavimus. Ea vero in re valde nostri DEUS  
 miseratus est, quod tu adhuc in corpore nobiscum versaris, teque  
 denuo audituri sumus. Quam primum igitur ad nos scribe,  
 quid certo tenendum sit, vel ipse cito veni ad nos. Nos in  
 Dominum credimus, eum sese manifesta apparitione demonstra-  
 se, eaque nos e manu iniqui liberasse. Eorum vero verba ere-  
 ronea sunt: aiunt enim nihil opus esse legere Prophetas; DEUM  
 non esse Omnipotentem; nullam fore mortuorum resurrectionem;  
 carnem nullo pacto a DEO esse creatam; JESU Christi corpus e  
 Maria Virgine natum non esse; denique mundum non esse crea-  
 turam DEI, sed Angelus cuiusdam. Itaque, Frater, da operam,  
 ut cito ad nos venias, ut sine offensione maneat Corinthiorum  
 civitas; & eorum insipientia palam coram omnibus diffamata,  
 removeatur. Vale in Domino.*

(b) Confer 1. Cor. VII. v. 1. cum cap. VIII. 1. cap. XII. 1.

(c) 1. Cor. XV. 12. Potest autem hic locus, una cum universis  
 Apostoli, quæ in hoc capite sequitur, tractatione, vel de se-  
 ductis, vel de seductoribus, vel etiam de utrisque explicari;  
 ita tamen, ut hos refelleret, istos vero simul in fide confirma-  
 ret; id quod inter alia post enumeratas erroris consequentias  
 addita phrasis: *μη πλανῶσθε*, κ. τ. λ. v. 33. innuere videtur.  
 Seductos in Ecclesia Corinthiaca, eosque tantum dubitantes de  
 resurrectione mortuorum, propter adventus Domini tarditatem  
 ipsis continuo a Pseudoapostolis obiectam intellexisse videtur  
 noster: cui tamen argumento hic obviam ivisse Apostolum, si-  
 cut Petrus fecit 2. Epist. c. II. 4. sqq. & III. 4. seqq. & ipse  
 quoque

quoque Paulus in 2. ad Theff. epistola, vix invenimus. Seductores autem ipsos hic notari putat cl. CAMPEGIUS VITRINGA *Obff. Sacrarum* Lib. IV. c. IX. ubi de hæresibus natis in Ecclesia Apostolica ex professo ac pro more suo, i. e. erudite disputat. Et primum quidem instituta huius capituli collatione ostendit, omne fere ab istis æternæ gloriæ & vitæ præmium fuisse impugnatum §. IV, V. siquidem Apostolus ex eorum hypothesei has consecutiones educit: *Eos, qui in Domino mortui sunt, periisse v. 18.* sive spe ac mercede fidei laborumque sibi proposita frustratos esse. Hinc *qui in Christum credunt, omnium mortalium esse miserimos, v. 19.* meliusque forte acturos, qui edendo, bibendo, ludendo, felicitatem huius vitæ sectarentur v. 32. Quæ singula quoque argumenta in subsidium vocavit excellentissimus olim Ienensium Theologus IO. FRANC. BUDDEUS in *Commentatione de ecclesia Apostolica* c. V. §. II. p. 298. seq. ad ipsum tandem, licet in alio quodam argumento cognato, VITRINGAM provocans p. 301. Deinde vero *hic* p. 987. in erroris istius principium inquirere contendit, quod præter *affectum depravatum malamque conscientiam* §. VII. statuit esse *falsam de modo resurrectionis* sive de τῶ πῶς & ποῦ σώματι *rationem* v. 35. enarrans ulterius §. VII. quomodo doctrinæ huius Patroni argumenta ex V. T. pro resurrectione prolata eluserint? explicando scilicet loca illa sive de resurrectione *spirituali*, vel si mavis, *moralis*, futura cum & sub regno Messias, quando mundus ab erroribus & vitiis liberandus erat; id quod sec. II. quoque docuerunt VALENTINIANI & MARCIONITÆ; & sic eos explicasse mavult GROTIUS ac Vener. BUDDEUS: sive de resurrectione *Politica* in & cum restituta Iudæorum republica post exilium Babylonicum, & præcipue post profanata Iudæorum sacra per Antiochum; id quod ipsi placet Vitringæ. Qui quoque ex 2. Tim. II. 18. non dissentiente Buddeo, determinat: quinam fuerint hi seductores, nimirum HYMENÆUS & PHILETUS, ac forte quoque *Alexander* 1. Tim. I. 20. quippe quos Apostolus asserit dicere, τῆς αἰνείας ἡδὴ γεγενηται; & unde

origo huius erroris inter Iudæos ac Christianos sit derivanda, a secta scilicet Sadducæorum, quippe quos olim doctrinam de resurrectione mortuorum ex eodem principio oppugnasse, erroremque suum eadem exceptione defendisse comprobatur testimonio ABARBANELIS §. XI. Qua de re qui plura legere cupit, adeat ipsum VITRINGAM, vel etiam cel. BUDDENUM II. cc.

(d) Hanc *alii* cum B. Luthero de certamine cum bestiis proprie sic dictis explicant, quippe quibus in theatro obici solebant homines vel viventi ad palum, aut certe ligatis manibus, statim dilaniandi; id quod omnium fere ad bestias damnatorum martyrum fuisse supplicium Historia testatur Eccles. vel liberi cum iisdem pugnaturo, itque in arenam armati telo vel venabulo procedebant, evasuri & vita donandi, si bestiam possent conficere. *Alii* vero, & quidem plerique cum hominibus ferinis pugnasse Paulum contendunt, conferentes 2. Cor. I. 8, 9. (quæ tamen locus pro utraque sententia allegatur, sicut in eiusmodi certaminibus eruditorum fieri solet); & ad silentium LUCÆ in re tam insigni, ac monumentorum Historiæ Eccles. primæ provocantes: sed & civium Romanorum, qualis Paulus fuit, illam fuisse pœnam negant; argentque martyres, quotquot hoc supplicii genere extincti sunt, non bestiis obiectos esse, ut cum iisdem pugnam inirent, sed ut dilaniarentur, cetera. Neque desunt illis loca ex profanis ac ecclesiasticis scriptoribus verbum *θηριομαχείν* illustrantia, quæ inter illustrissimum est, quod IGNA TIUS in *Epistola ad Rom.* 6. V. scribit: *Ἀπὸ Συρίας, μέχρι Ρώμης θηριομαχῶν διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, πολλὸς καὶ ἡμέρας δεδεμένος δέκα λεοπαρδοῖς, ὁ ἐν στρατιωτῶν τάγμα, οἱ καὶ εὐεργετῆμενοι χεῖρας γίνονται.* i. e. *A Syria Romam usque terra marique noctu. Interdium cum bestiis pugno, de nocte leopardis vivetur, qua est militum turma, qui etiam beneficio accepto peiores fiunt.* Confer eius *Epist. ad Smyrn.* §. IV. ubi bestiarum humanam præ se formam ferentium mentionem facit: *Προφυλάσσω ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομορφῶν.* Qua phrasi quoque utitur CHRYSOSTOMUS *adversus vi-*  
tur-

superatores *vite monastica* Lib. I. c. 2. & alibi. Et in EUSE-  
 BII *Hist. Eccles.* L. X. c. IV. p. m. 374. invenies *ἀνθρώπιμοσ-*  
*Φον θῆρα*. PHILO autem, qui paucis ante Paulum iustri-  
 scripsit, hominem spe carentem, non hominem, sed *ἀνθρώ-*  
*ποσίδος θῆριον* esse ducit, in *Vita sapientia per doctrinam per-*  
*fecti*, p. m. 275. Confer quoque lib. de *Decalogo* observante  
 COTELERIO To. II. p. m. 36. not. 9. Interim tamen non  
 est dissimulandum, eundem quoque IGNATIUM in Epist.  
 ad *Tralhanos* adhibere vocem *θηριομαχῆσαι* in proprio signifi-  
 catu, de se, tanquam bestiarum; dum *Εγὼ τί δέσμαι;* inquit:  
*τί δὲ ἔνχομαι θηριομαχῆσαι; δωρεῶν ἐν ἀποθήκῃ. §. X. colla-*  
*τα §. IV. Epist. ad Smyrn. τί καὶ ἐμαυτὸν ἐκδόσθαι δέδωκα. τῷ θα-*  
*νάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θῆρα;* Sed hæc obiter;  
 de singulis vero qui plura cognoscere cupit, consulat viros do-  
 ctissimos, qui locum hunc difficillimum ex professo illustra-  
 runt, laudatos a Ven. WOLFIO ad 1. Cor. XV. 32. Qui-  
 bus adiungi meretur cel. SAM. BASNAGE *Annal. Polit.*  
*Ecclesiast.* T. I. p. 666. sq. §. 18, 19. Patres, v. g. FERTUL-  
 LIANUM, CYPRIANUM, HILARIUM & CHRYSO-  
 STOMUM, addo etiam PRIMASIUM in *Biblioth. Pat.* T.  
 VI. P. III. ad h. l. adeo obscure de hac re locutos esse, ut ab  
 utraque parte possint allegari, id quod etiam a Viris eruditissi-  
 mis deprehendi factum esse, animadvertit TILLEMONT in  
*Memor. Histor. Ecclesiast.* T. I. P. II. not. XL. p. 827. sqq. Solos  
 fere THEODORETUM, THEOPHYLACTUM & Œ-  
 CUMENIUM, invenit, qui clarius mentem suam exposue-  
 runt. Ille quidem T. II. p. 202. his verbis: *Κατὰ ἀνθρώπι-*  
*νόν, Φησι, λογισμὸν θηρίων ἐγενήμεν βορᾶ· ἀλλὰ παραδόξως*  
*ἐσώθη. Secundum humanam quidem, inquit, (Paulus) opinio-*  
*nem a bestiis devoratus sum: Sed præter opinionem sum serva-*  
*tus.* Ille vero: *θηριομαχῆσαι* appellat contentionem cum *Iudaïis,*  
 & *Demetrio*, τὴ γὰρ ἑτοί θηρίων διέφερον, p. 304. edit. Londin.  
 1626. Quorum & hic consentit T. I. p. 574. *θηριομαχῆσαι*  
*δὲ καλεῖ τὸ πρὸς Ἰουδαίους ἔχειν, καὶ πρὸς Δημήτριον. Pugnare*  
*cum bestiis* appellat *controversiam quam habuit cum Iudaïis &*

*cum Demetrio.* Ipsis quidem Sacris litteris non minus accommodatas esse istiusmodi phrasium explicationes metaphóricas, quam litterales, ostendunt verba Apostoli 2. Tim. IV. 17. *ἐρῶσθην ἐκ στόματος λέοντος.* Conf. Matth. X. 16.

(e) Ita quoque BARONIUS, PEARSONIUS *Annal. Paul.* p. 15. NATALIS ALEXANDER *Hist. Eccles.* T. III. p. 30. num. III. TILLEMONT. 1. c. Not. XLIV. DU PIN *Dissert. Prelim.* T. II. L. II. c. 2. p. 48. SANDHAGEN *Harm. Evang.* p. 259. collata p. 245. ubi criteria temporis huius biblica recenset. CLERICUS *Hist. Eccl. sec. 1.* p. 390. Ven. LANGIUS *Hist. Eccles.* p. 315. aliique. CHYTRÆUS, PETAVIUS, EDW. SIMSON, HAMMONDUS, SAL. VAN TIL, IO. IAC. HOTTINGER, SAM. BASNAGE ad fin. an. 54. CAVEUS an. 53. LUD. CAPPELLUS an. 51. LIGHTFOOT ad an. 55. USSERIUS ad an. 59. Tubingenses vero BIBLIORUM Editores cell. ad an. 56. collocant. Forte & nobis aliquando dabitur otium, pot tot tantosque eruditissimorum Virorum labores, in chronologiam Apostolicam ex instituto inquirendi.

### §. 10.

De loco ubi exarata hæc Epistola fuerit, ita censeo. Apostolus cap. ult. huius Epistolæ Ephesi se mansurum dicit usque ad Pentecosten, ob apertam sibi *θύραν μεγάλην*, ac multitudinem veritati adversantium. Hinc factum, ut iam non in urbe Epheso modo, sed & in Asiæ locis ipsi finitimis verbum frequenter prædicaverit; & occasione turbarum Ephesi contra se excitatarum, ac propter insidias Iudæorum, in loca vicina privata subinde se contulerit: ita tamen, ut redierit denuo Ephesum, & per magnam temporis partem in urbe ista egerit. In hoc ab urbe secessu, loco aliquo vicinæ regionis, prope Ephesum, scriptam omnino probabile est hanc Epistolam (a), anno quidem,

dem, ut & tempore anni, quo diximus. Quodsi quis Ephesi (b) exaratum contendat, eo quod Ephesi se perman-  
surum dicat Apostolus ad Pentecosten usque, qua quidem  
in sententia nos olim fuimus (c), haud multum repugna-  
rim: quanquam ita magis proprie dictum fuisset *ἔσθι*, quam  
*ἐσθίτω*. (d).

(a) Ab hac quoque sententia haud alienus fuisse videtur USSE-  
RIUS *Annal.* p. 673, b. & TILLEMONT l. c. not. XLIV.  
p. 833.

(b) Prout plerique viri docti existimant: utrumque vero cum  
subscriptione pugnat, eamque evertit, uti mox videbimus.

(c) Id, quod ex verbis eius not. (d) allegandis perspicitur.

(d) Addam hic, quæ in *Varr. Lect.* ad subscriptionem Epistolæ  
notavit noster. Postquam enim observaverat, quam hodie  
legimus, subscriptionem deesse in Codd. MSS. antiquissimis,  
ALEXANDRINO; CLAROMONTANO eiusque textu  
tam *Græco* quam *Latino*; S. GERMANI textu *Græco*, ubi ta-  
men *Latinus* additum habet, *epistola ad Corinthios prima scri-  
pta a Philippo*; in signi septingentorum annorum codice, qui  
in collegio MAGDAL. OXON. servatur; aliisque quatuor;  
nec non *Versione VULGATA*; quibus KUSTERUS adie-  
cit lectionem textus *Græci & Latini* codicis BOERNERIA-  
NI: de valore huius subscriptionis ita pergit. PHILIPPIS  
MACEDONIÆ habet SYRUS in *Polyglott. omissis nomi-  
nibus seqq. Stephana; Fortunati & Achaici.* ΑΠΟ ΕΦΕΣΟΥ,  
ATHANASIUS in *Synopsi*, SYRUS ex edit. Tremellii, CHRIS-  
TOSTOMUS in v. 6. huius capituli, THEODORETUS *Pref. in  
Epistolas Pauli*, OECUMENIUS in argumento huius Epistolæ  
PROLOGIS passim in *Latinis* huic epistolæ præmissus: (quibus  
KUSTERUS addit Cod. SEIDELIANUM, TILLEMONT  
ARABICAM, & ven. WOLFIUS versionem quoque COP-  
TICAM; his vero cunctis iungendus porro est EUTHA-  
LIUS p. 589.) Certe, cum Apostolus Ephesi permansurum (vel,  
ut codices aliqui, permansisse) se dicat v. 8. huius Cap. XVI;



*cum Aquila & Priscilla meminerit, ceu eodem loco secum commorantium, cum ista scriberet v. 19. quos Ephesi habitasse constat Act. XIX. 19, 24, 26. (certe Philippus aliquando versatos eos nusquam legitur); denique cum Corinthios Ecclesiarum Asiaticarum nomine salutes v. 19. ideoque nec Philippus, quod fere communis epigraphæ, ac nequidem apud Macedonas scripserit hanc Epistolam: (quid quod Macedoniam se nondum profectum aperte testatur v. 5. clarum satis videtur, EPHESI datam. Hactenus MILLIUS. Iisdem argumentis contra assutam hanc laciniam pugnare videbis SAM. BASNAGE, qui Annales suos eodem, quo noster hoc N. T. edidit tempore, nisi quod etiam ex 1. Cor. XVI. 5. Ελεύσμαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω, probet, scripsisse Paulum ante iter Macedanicum; & quidem Ephesi, siquidem inde demum ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν Act. XX. 1. Addo, ante illum a Demetrio, excitatum tumultum, c. XIX. 23. seqq. quia hoc sedato profectus est, c. XX. 1. ad Corinthios vero scripsit se permaniturum Ephesi ad pentecosten, propterea quod ipsi Θύρα μεγάλη καὶ ἐνεργής aperta erat 1. Cor. XVI. 8, 9.*

## §. II.

Missæ autem erat hæc Epistola per ipsos, a quibus litteras Corinthiorum accepit, Stephanam dico, & Fortunatum, & Achaicum; (Apollos enim manebat Ephesi cum Apostolo 1. Cor. XVI. 12.) quibus adiungere visum est Titum, una cum alio fratre. Titum enim Epheso missum esse ab Apostolo ad Corinthios constat ex 2. Cor. VIII. 16, 17. & XII. 18. Non autem missus erat ante scriptam priorem, quæ superstes est, Epistolam ad Corinthios; siquidem in ea mentio fit duntaxat Timothei ad ipsos missi; cui non alium præter Erastum adiunctum fuisse colligitur ex Act. XIX. 22. sed neque post editam ad Corinthios primam; quia hæc ab Apostolo data est paulo antequam Pascha,

(quod

(quod ostendimus) adeoque duos circiter menses ante quam Epheso abiisset, ubi se ad Pentecosten usque moraturum scribit. 1. Cor. XVI. 8. Hoc autem ipso verno tempore Titum Epheso ad Corinthios abiisse aperte colligitur ex eo, quod Paulus Epheso veniens Troada, ibi iam expectaverit redeuntem a Corinthiis Titum 2. Cor. II. 12. Accedit, quod vix ac ne vix quidem proferri possit exemplum missæ ab Apostolo legationis, sine data simul Epistola (\*)

(\*) Titum una cum Stephana & reliquis Corinthum cum hac epistola redeuntibus haud missum esse, sed potius paulo post concludere vult TILLEMONTIUS exinde, quia eius in tota priori epistola nulla fit mentio: quem tamen Apostolus sine dubio ipsis æque ac Timotheum commendasset, c. XVI. 10. coll. v. 17, 18. Causa legationis eius inter alias & hæc fuisse videtur, ut ex eo cognosceret Paulus, quemnam in Ecclesia & animis Corinthiorum hæc eius Epistola parænetica habuisset effectum, conf. 2. Cor. II. 12, 13. c. VII. 5, seqq. ad fin. Habuisse quoque in mandatis, colligendas ibi eleemosynas promoveri, ex c. VIII. 6. coll. 1. Cor. XVI. 1. imprimis vero ex posteriori eius itinere concludi potest.

### §. 12.

Quis autem fuerit alius ille frater, quem cum Tito misit, haud una sententia. Lucam subscriptio (a) nominat, ut & Patres aliquot Latini. Græci Barnabam intelligunt: ego neutrum, quia Barnabas (b) se a Paulo iam pridem in ingressu huius itineris seiunxerat, Lucas (c) autem Philippis nunc ageret, uti patet ex Act. XV. 39. & XVI. 12. Silam (d) potius, (feu Silvanum) Paulus indigitasse videtur: siquidem hunc comitem itineris assumserat Act. XV. 40. Huius etiam laus erat in Evangelio per omnes

omnes ecclesias : quia non modo cum Paulo , sed etiam ante cum Petro Evangelium longe lateque prædicaverat ; & in Apostolorum decreto, seu Epistola , quæ per omnes ecclesias mittebatur, nobile hoc elogium meruerat, ut inter eos numeraretur, qui tradidissent animas suas pro nomine Christi. Act. XV. 26.

(\*) At non huius, sed posterioris epistolæ: ad quam subscriptionem quomodo hoc loco provocare potuerit cæl. Auctor, ego non video. Quid enim Stephanæ, Fortunato, Achaico, qui priorem hanc Epistolam Corinthum detulerunt, quibusque Titum noster iam adiunxit §. 11. cum altera epistola eiusque subscriptione negotii fuit ? certe ambas una eademque legatione misisse Apostolum, ita ut alteram tres illi Corinthiorum legati, alteram vero Titus eorum comes itineris cum duobus aliis fratribus simul perferret; nec ipse MILLIUS in seqq. admittet. Interim tamen & hic obscurius forte, quam par erat, hac de re scripsit, & in posteriori quoque epistola dubium adeo non solvit: ut potius approbata eius subscriptione, de Tito & Luca, qui litteras Corinthum tulisse perhibentur, nihil addiderit. Ad hunc nodum solvendum, necesse puto erit duplex, si non triplex, Titi ad Corinthios hoc tempore iter statuere. Prius, siue una cum Stephana ceterisque §. XI. siue paulo post missas cum iis litteras priores, not. (\*) Alterum deinceps, missa simul epistola posteriori. Nec repugnat sacer codex. Paulus enim, dimisso Tito, post excitatum a Demetrio moxque sedatum tumultum, discedens Epheso ἐξῆλθε προσηθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν Act. XX. 1. Iter vero suum instituit Troadem versus; partim ut inde, tanquam ex-  
portu Asiatico Thessaloniciæ opposito totique Macedoniæ maxime vicino, in hanc regionem solveret; partim ut Titum, quem iam Corintho rediturum sperabat, si fieri posset, conveniret, 2. Cor. II. 12. Troade non diu moratus traiecit in Macedoniam v. 13. ibique Titus redux exposito legationis suæ fructu multiplici, mentem eius multo adimplevit solatio, c. VII.

5, 6. En *prims* illud, quod imprimis huius loci est iter: cuius an comites habuerit Titus, quot, & quosnam? certe ignoramus; nisi huc referas. 2. Cor. XII. 18, ubi unicus ei frater adiungitur, ipseque nexus cum antecedentibus innuere videtur, non aliam, quam primam, cuius iam Paulo rationem reddiderat Titus, intelligi legationem. Altera brevi secuta est, ea ipsa scilicet, de qua Auctori in hac §. sermo est: quæ vero non ad hanc, sed ad posteriorem potius epistolam reicienda, si recte perpendatur 2. Cor. VIII. Primum enim hæc altera legatio missa fuit post cognitam ipsique Paulo perspectam τὴν χάριν τῆς Θεῆς τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας v. 1. quippe quæ; cum eas iam reviseret, ipsæ licet in penitissima paupertate constitutz, supra vires opulentas se præbebant in officio erga fratres Hierosolymitanos & collecta conferenda v. 2, 3. ipsumque Paulum orabant, officia sua recipere ne detrectaret v. 4. Id quod Apostolo quoque novam Titum hortandi ansam dabat, ut, quemadmodum antea Epheso ad Corinthios missus cœperat, ita & hanc in eos beneficentiam iam consummaret, v. 6. Deinde non unum, sed duos ipsi dedit hac vice itineris comites, prout manifesto scribit, v. 18. & 23. Ac tandem has posteriores litteras doctrinz cœlestis & exhortationum plenissimas ipsis ceu commendatitias tradidit persferendas, uti vel imprimis ex v. 24. colligi potest: *quapropter*, inquit, *et amoris vestri et nostræ de vobis gloriationis specimen datote* (ἐνδείξασθε in Imperat.) *erga eos* (scilicet Titum ceterosque cum eo missos v. 23.) *in conspectu ecclesiarum*, confat. Cap. IX. 3, 4.

(b) In epistola posteriori hæc meliori iure tractari potuisse iam notavimus. Cum vero Auctori doctissimo placuerit eadem h. l. inserere: nos quoque, quæ in hac materia observare potuimus, paucis explicabimus. Nonnulli ambos Tito adiungunt: sic ὑπογραφή habet in codice MS. *Petaviano I.* qui acta & epistolas continet, ante annos 700. satis accurate exarata: Διδ. τῆς ΒΑΡΝΑΒΑ, καὶ ΔΟΥΚΑ observante MILLIO ad h. l. Et ita sentiunt præter CALVINUM & BULLINGERUM ad

2. Cor. VIII. 18. e nostris LUC. OSIANDER, VINA-RIENSES, & BALDUINUS ad l. c. Alii vero BARNABAM v. 18. innui putant, nimirum ex Patribus THEODORRETUS, OECUMENIUS & THEOPHYLACTUS ad h. l. quibus iungi posset CHRYSOSTOMUS, siquidem Homil. XVIII. ad h. l. *mibi*, inquit, *videtur Barnabam significare*, cet. nisi idem non modo ad finem huius ipsius Homiliæ, ex v. 23. addidisset, *Vides, quod & hinc manifestum, quod ipsi* (nimirum ambo Titi comites) *fuerint ex ignoti*: verum etiam Homil. I. in Acta, verba huius commatis 18. Lucæ expressis tribuisset verbis. Ex recentioribus præter paullo ante citatos idem sentiunt, FLACIUS in Glossa N. T. ARETIUS & HYPERIUS ad h. l. HULSEMANNUS & GE. MICH. LAURENTIUS ad h. l. & c. Rationes eorum sunt: 1) Huius viri descriptio Barnabæ per omnia congruit: eius enim utique laus erat *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν* v. 18. quippe qui in peregrinatione priori Paulo indivulsus comes adhæserat, unde & eius quoque iam in prioribus litteris tamquam socii iniecerat mentionem 1. Cor. IX. 6. Erat præterea *χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν* v. 19. coll. Act. XIII. 3. 2) Illi etiam æque ac Paulo speciatim commissum erat, curam gerere pauperum Hierosolymitanorum, non solum Act. XI. 30. verum & deinceps Gal. II. 9, 10. Quod cum Tito sociisque in opulenta ecclesia Corinthiaca iam incumberet, probabile est Barnabam huic negotio perficiendo præ cæteris fuisse admotum. Ad quas tamen alii regerunt: omnes istas conclusiones mihi supposito nondum probato, quod scilicet Barnabas hoc ipso tempore cum Paulo versatus sit, quod tamen & Acta & reliqua eius ævi monumenta silent, imo potius contrarium docent, cum scilicet Antiochiæ ab invicem digressos esse testentur, Act. XV. 39, 40. Deinde quod ad curam pauperum attinet, supra speciatim demandatam, ea quidem multo fuit antè expleta, quam quæ in hac epistola de ministerio sanctorum scribuntur, utpote quæ respondent historiæ Act. XX. Quemadmodum vero Paulus istud iam quoque e re Christianorum

norum esse iudicavit, ita non solum ecclesiis iniungere solebat, sed & his, qui cum eo erant fratribus, Tito aliisque, quorum fidem noverat, commendare poterat. Tandem si vel maxime cum Paulo sese rursus coniunxisset Barnabas, cuius tamen nullum in sacris habemus vestigium: quomodo tantum potuisset virum sibi æqualem, immo annis, si non ætatis, tamen Christianismi se superiorem, cui tantus in ecclesiis omnibus priori itinere habitus fuit honos, suo nomine, imo tanquam a Tito alterum ablegare.

(c) LUCAM eundem legationis comitem fuisse, qui v. 18. memoratur, præter Auctores subscriptionis, non solum Patres existimant latini, HIERONYMUS in *Catalogo Scriptorum Eccles.* Opp. T. I. p. m. 173. quem ESTIUS ad 2. Cor. VIII. 18. coniecit hanc hausisse opinionem ex IGNATIO, vel eius potius *Interpolatore Epistola ad Ephes.* is enim §. 15. edit. Ittigii p. 188. phrasin Paulinam ὁ ἑκωνος κ. τ. λ. Lucæ tribuit. PRIMASIUS in *Biblioth. Patr.* l. c. p. m. 74. RHEMIGIUS ibid. l. c. p. 915, 916. verum ex Græcis ipse quoque statuit ORIGENES *Homil. I. in Lucam*, Opp. lat. T. II. p. m. 242. edit. Froben. 1545. multique alii, quorum meminit OECUMENIUS in h. l. T. I. p. 663. edit. Morelli. Ex recentioribus vero præter B. LUTHERUM in *Bekänntnis vom grossen Abendmahl*, GROTIUM ad h. l. NATALEM ALEXANDRUM *Hist. Eccl.* T. III. p. 31. num. IV. aliosque non paucos, nuper cel. Philologus & Criticus IO. CONR. SCHWARTZIUS T. I. *Monumentorum ingenii* p. 89. Et veteram quidem ratio palmaria est ὁ ἑκωνος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, quod Lucæ potissimum ob scripto consignatum Evangelium competere putant: cum tamen illud post aliquot ab hinc annos prodiret. Recentiores vero, quos hoc latere non potuit, vix quicquam præter coniecturas asserunt. Quibus autem obstare videtur ipsius Lucæ silentium, qui tamen sua itinera non solet reticere, quoties enim Paulum comitatus est, toties in prima persona plurali loqui videbis e. g. Act. XVI. 10-16. quod cum deinceps usque ad c. XX. 6. omittat, non obscure

inde colligitur, totò isto tempore remansisse Lucam Philippis, ac tum primum Paulo se rursus adiunxisse, cum ille iter in Asiam ac inde Hierosolymam versus institueret. Solet & hoc urgeri, quod comes ille Titi dicatur *χριστοῦνθεῖς*, id vero de Luca non constat: sed minoris est momenti; nec enim Paulum, Barnabam & Silam tunc temporis solos fuisse *χριστοῦνθεῖντας* statuendum

(d) Primus, quantum mihi videre datum est, in hanc sententiam descendit BARONIUS: quem ESTIUS & ARETIUS ad h. l. nec non SAM. BASNAGE Annal. T. I. ad an. Chr. 31. p. 289. alique secuti sunt Argumenta, quotquot habentur, brevibus sed studiose hic protulit doctissimus Auctor: quæ tamen, si recte video, nondum probant *τὸ* esse, sed tantum *τὸ* posse rei Ostendunt, inquam, non re ipsa fuisse SILAM Titi comitem, sed tantum potuisse forte ita esse. Mitto, ex his ipsis argumentis idem de Sila concludi posse, quod supra de Barnaba Id vero non prætereundum, quod Silæ in Actis a capite XVIII. 5. nulla amplius fiat mentio: cum tamen antea ab eo, quo Paulum comitari cœpit, tempore huc usque Lucas eius sæpius sæpiusque meminisset, commemorando quoque itinera, quæ a Paulo separatus Evangelii causa suscepit. Unde non iniuste colligitur, Silam, plantata ecclesia Corinthiaca 2. Cor. I. 29. coll. Act. XIX. 5. non amplius cum Paulo protectum esse. Quod & ulterius potest confirmari: si enim post peractum iter Hierosolymitanum Ephesi cum Apostolo Silas fuisset, nomen eius sine dubio priori ad Corinthios Epistolæ, æque ac utrique ad Thessalonicenses, præfixum fuisset; utramque enim Silas cum Paulo plantaverat ecclesiam. Et cur tandem Paulo necessum esset, hunc virum, Corinthiorum Apostolum 2. Cor. I. 29. tantopere ipsis commendare; eiusque recensere merita. Hinc alii hæc de APOLLO interpretantur, conferentes 1. Cor. XVI. 12. Alii vero & hunc & alterum illum v. 22. Corinthiis *ignotos*, eamque ob rem ab Apostolo egregie, nec tamen additis nominibus commendatos fuisse iudicant. Confer. supra iudicium CHRYSOSTOMI, licet

licet & hunc sibi non constare viderimus; & OECUMENIUS l. c. Peculiaris est sententia Viri eruditissimi IO. LIGHTFOOTI in Chron. p. 118. qui MARCUM intelligi putat coll. Act. XV. 40. At fallitur, puto, Vir doctus, quando ex phrasi συνένδημος ἡμῶν v. 19. duplicem elicere vult conclusionem: priorem quidem, quod Paulus & Barnabas iam rursus fuerint coniuncti; alteram vero, quod vix alius, quam Marcus, eorum συνένδημος appellari potuerit. De Barnabæ enim secessu supra egimus: Paulum vero uno plures habuisse συνένδημους, inter alia ex Act. XIX. 29. constat, ubi Gaius & Aristarchus Macedones hoc nomine veniunt.

§. 13.

Quod autem in ὑπογραφή in libris nonnullis adiungatur ipsis, quos Paulus miserat ad Corinthios, TIMOTHEUS; illud plane per errorem accidit (a), natum ex eo, quod in hac Epistola dicitur, ἐπεμψα ὑμῶν Τιμόθεον Cap. IV. 17. Miserat enim Apostolus Timotheum & Erastum in Macedoniam Act. XIX. 22. (b); (adeoque & in Achaïam) ante scriptam hanc epistolam (c). Hi autem, cum mitteretur hæc ad Corinthios, nondum redierant, imo nec Corinthum (d) adhuc forte appulerant: εἰν δὲ ἄλλῃ Τιμόθεος Sec. I. Cor. XVI. 10. Paulus autem, ubi negotium peregisset, se expectare illum dicit μετὰ τῶν ἀδελφῶν Cap. XVI. 11.

(a) Hinc, licet CHRYSOSTOMUS quoque in *Argumento* huius Epistolæ, p. 331. eundem foveat errorem; a THEODORETO tamen, qui eum alias plerumque sequi solet, hac in re deferitur. Τιμόθεον ἀπέστειλα μὲν πρὸς αὐτὰς, & μὴν μετὰ ἐπιστολῆς, κ. τ. λ. in fine *Praefat.* ad hanc Epist. Opp. Theod. T. III p. 120.

(b) Ipseque interim ἐπέχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν i. e. antequam a Demetrio excitaretur tumultus.

(c) Quod





CHIUS in *Describe. Orbis* v. 526. T. I. Geogr. Grætorum minorum. p. 30. idemque non modo confirmat, sed annum quoque urbis ab eo conditæ memorat VELLEIUS PATERCULUS, L. I. c. 13. *L. Mummius*, inquit, *Corinthum post annos DCCCCLII, quam ab Alete Hippotii filio erat condita, funditus eruit.* Everſa est anno mundi 3858. U. C. 604. vel ut aliis placet 608. Adeoque initia eius ad A. M. 2906. paullo ante auspicia regni Saulis referenda essent. Atqui Corinthum, vel certe Ephyræ antiquiorem fuisse, infra ex Homero probabimus. A Glauco conditam esse SIMONIDES AMORGIANUS innuere videtur apud PLUTARCHUM Lib. *de Herodoti malignitate*, Opp. T. II. p. m. 872. D. edit. Wechel. ubi πόλιν Γλαύκω Κορίνθιον ἄστὺ vocat, confer. STEPHANUS BYZANT. voce Ἐφύρα p. m. 283. A Sisyphe vero Æoli filio, patre Glauci APOLLODORUS, cum l. c. scripsit Σύσφυρος δὲ Αἰόλης κτίσας Ἐφύραν τὴν νῦν λεγομένην Κορίνθον, γαμὰ μὲν Μέρωπην τὴν Ἄτλαντος, ἔξ αὐτῶν παῖς γίνεται. Γλαῦκος, ὃ παῖς Βελλεροφόντης. Quæ quidem Apollodorum ex HOMERO didicisse credo, quippe qui eadem profus habet Iliad. VI. v. 152. 159. ex quo etiam Stephani locum iam citatum, qui alias forte obscurus videretur, licet interpretari, cum Homerus Ἐφύρην in μυχῶ λεγος collocet. Nomen vero Corinthi accepisse a Corintho, idem perhibet BYZANTINUS l. c. quem quidem ipsi Corinthii teste PAUSANIA Iovis fuisse filium tradiderunt, hic vero, licet studiose quæsierit, ἀδέτα tamen invenit ἀπόντα: unde Corinthum potius cum EUMELO filium facit Marathonis; in *Corinthiacis* c. I. p. m. 110. Quocum SUIDAS etiam facit in *Lex.* voce Κορίνθος, addens tamen Corinthum Pelopis filium: Κορίνθος ἀπὸ Κορίνθου τῆ Μαραθῶνος ἢ ἀπὸ Κορίνθου τῆ Πελοποῦ. p. m. 1499. edit. Æm. Porti. Idem EUMELUS, si modo τῆς Κορίνθου συγγραφεὺς is auctor est, antiquissimam Regum Ephyræ terræ seriem tradidit, cum teste PAUSANIA c. III. p. 119. scripsit: *Solem, uti Æsoπiam terram Aloco, ita Ephyræam Æτα tradidisse. Hunc deinde Colchos profεβium Βασο, Mercurii ex Alcідamea filio*  
*regnum*

regnum suum commendasse : quo mortuo Epopeum Aloi filium Ephyraorum imperium obtinuisse. Est post eum quidem Marathionem : deinde vero cum huius filius Corinthus nullos reliquisset liberos, Corinthios ex Tolco Medeam in regnum vocasse ; cet. quam demum Corintho profectam Sisypho imperium tradidisse. Addit Pausanias : *Τὰς μὲν ἔτις ἔχοντα ἐπεξελέξαμεν* - - Et licet non extra omnem ista posita sint dubitationis aleam ; Sisyphum tamen regnasse Corinthi præter hunc nostrum alii quoque supra citati tradiderunt scriptores. Cuius cum posteros eorumque fata PAUSANIAS in seqq. accurate non minus quam breviter explicet : eosdem oculis ordine genealogico dispositos subiicere haud pigebit ; additis simul quibusdam ibi omissis, ex Homero.

## SISYPHUS.

| GLAUCUS.   | Ornytion.    | Thersander.            | Almus.   |
|--|--------------|------------------------|--|
| Bellerophon, in Lyciam migrans.  | Phosus.      | Thoas Corinthi manens, | Proetus, Argivorum Rex.  |
| Isander.   | Hippolochus. | Laodamia.              | Damophon.  |
| GLAUCUS, qui tempore belli TROIANI vixit. Et de his HOMERUS <i>Iliad.</i> VI. v. 196, sqq. | Sarpedon.    | Propodas.              | Doridas. Hyanthidas, qui regnum Corinthiacum tradiderunt ALÆTÆ Heraclidæ, Hippotæ filio. |

Alætes ipse, & eius posteritas, ætates quinque usque ad Bacchin Prumnidis filium hoc regnum tenuit ; ætates totidem Bacchiadæ usque ad Telesten Aristodemi filium : quo ab Arico & Peranta de medio sublato, regno finis impositus ; siquidem Prytanes deinceps ex Bacchiadarum gente annum imperium tenuerunt ; quos tyrannide occupata, Cypselus Ectionis filius, Melanis

Melanis nepos expulit. Non sine ratione hæc a me explicata esse, facile concedet, qui varia scriptorum antiquiorum supra citata consideraverit loca. Quæ enim ibidem in diversa prorsus abire videntur; facile iam ex hac imperantium serie possunt conciliari: si modo ab Ephyra primum Corinthus, ac deinde quoque ab ipsis urbibus inibiis eiusdem incrementa, novique coloni rite discernantur. Sed & magna huius urbis antiquitas inde elucet: quam ipse quoque Græcorum Poetarum princeps confirmavit HOMERUS, cum ἀφνειὸν τε Κόρινθον reliquis, quæ ad bellum Troianum gerendum subsidia miserant, Græciæ civitatibus celeberrimis annumeravit, *Iliad. v. 570.* Varia autem erant, quæ opes famamque huius urbis in dies olim augere poterant: Ludi Isthmici in honorem Neptuni a Theseo instituti; Acro-Corinthus, arx urbi adiacens, ipsisque mœnibus inclusa, in monte celso, cuius perpendicularium trium cum dimidio, ascensum XXX. stadiorum fuisse STRABO testatur l. c. p. 433. Inprimis vero urbis situs: medio enim fere in Isthmo, ubi e Peloponneso ad continentem Græciæ itur, ædificata erat, duobus inclita portibus, quorum alter dicebatur Lechææ, alter Cenchrææ, Conf. Aët. XII. 18. Rom. XVI. 1. Ille Ionio mari & Italiæ, hic Ægeo & Asiæ imminebat. Hinc FLORO *inter duo maria Ionium & Ægeum quasi spectaculo exposita*, Lib. II. c. XVI. vel, prout locum emendarunt Critici celeb. NICOL. HEINSIUS & IO. GEORG. GRÆVIUS: *speculatrix posita* videbatur. Conf. Notæ Græviæ ad h. l. p. m. 60. edit. Traicet. 1680. Nisi forte antiquam lectionem LIVIUS confirmet, qui L. XLV. c. XXVIII. *Arx quoque, inquit, & ISTHMIUS præbuere SPÉCTACULUM: arx inter omnia in immanem altitudinem edita, scædens fontibus: Isthmus duo maria ab occasu & ortu solis finissima artibus faucibus dividens.* Græcis hanc ob causam ἀμφιδάλασπος, Latinis *bimaris* audiebat, e.g. HORATIO L. I. *Od. VII.* Indeque factum, ut, licet ipsa Corinthus teste PLINIO l. c. sexaginta ab utroque litore stadiis distaret; mercium tamen Europæarum & Asiæarum hoc loco utriusque portus bene-

beneficio commutatio fieret quam maxime: siquidem utrisque mercatoribus fuit gratissimum, omiſſa circum Maleam navigatione, quæ ob adversos ventorum in isto mari flatus difficilis erat, merces Corinthum deportare. Accedebant, quæ terra in Peloponnesum importabantur, aut inde exportabantur, quotannis plurimas: quorum vestigalia acceperunt, qui claustra obtinebant, Corinthii. De quibus omnibus PAUSANIAS & imprimis STRABO ll. cc. fusus egerunt. Quanta autem ex his rebus urbs illa ceperit incrementa, præsertim Sparta tandem ipsisque Athenis decrescentibus & opulentissimo quoque huc migrante, facile est iudicatu. Ipse CHRYSOSTOMUS hæc notavit in *Prefat. ad I. Cor. p. 330.* *Corinthus est nunc quidem civitas prima Græcia: multis autem ad vitam degendam olim abundabat commodis, copiisque & opibus ante omnes alias: . . . Erat autem civitas Oratoribus plena & Philosophis. Et mox in seq. πόλιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον vocat, πλῆτη καὶ σοφίας ἄνευ θαυμαστῆν ἔσαν, καὶ τῆς ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον. Addens: τὰ γὰρ ΑΘΗΝΑΙΩΝ καὶ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ἀθλίως δέικετο, λοιπὸν τῆς ἀρχῆς πάλαι μεταπισύσης. Idemque scriptores profani illo longe antiquiores memoriæ prodiderunt. THUCYDIDES Lib. I. testatur, primas, quas Græcia habuit, virescens Corinthi adificatas fuisse: - - ipsosque Corinthios, cum in Isthmo sitam tenerent urbem, frequentem turpibus tempestatibus mercatum habuisse, . . . indeque in magnas crevisse opes, ac Pecuniarum quoque prisconum versibus ἀφνειὸν χωρὶον ἔνθι εὐνοῖα ἀρρηλάτα ἦν. Quorsum & illud PINDARI Olymp. XIII. ἀλβίαν Κόρινθον, ac Θεσπλί ἐπικομίστην, ἑνδαίμων ὁ Κόρινθος, apud Strabonem p. 43 f. referas. Ipse STRABO: ἡ πόλις τῶν Κορινθίων μεγάλη καὶ πλοῦσα διὰ παντὸς ὑπέξεν, ἀνδρῶν τε ἐπιπόρησεν ἀγαθῶν ἕως τε τὰ πολιτικά, καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημοεργίας: μάλιστα γὰρ καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν Σικωνί ἠεξήθη γραφικῆ τε καὶ πλαστικῆ, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημοεργία. i. e. Fuit Corinthus urbs magna semperque dives, copiamque tulit virorum, & ad res civiles tractandas idoneorum, & ad artificia exercendas: maxime enim Corinthi & Sicione pingendi ac fingendi, aliæque id genus artes*

artes aucta sunt. p. 436. Et LIVIUS l. c. urbs erat tunc  
 præclara ante excidium. Imo Achaia caput, Græcia decus  
 FLORO l. c. audit: & CICERO pro lege Manilia c. V. to-  
 tius Græcia Æmen appellat, quod patres excidium esse volue-  
 runt. Et Lib. III. de Natura Deorum, c. 38. Critolaus evertit  
 Corinthum, Carthaginem Hasdrubal: hi duos illos OCULOS  
 ORÆ MARITIMÆ effuderunt. Opes luxus & voluptates so-  
 lent comitari: quibus Corinthios quoque immerfos fuisse  
 hæc ostendunt, & uno ore testantur veteres. Non commemo-  
 rabo prostibulum illud, ad quod ex omni Græcia, imò Asia  
 & Africa ditiorum celebres erant conventus: tales enim in  
 Veneris apud eos fano supra mille fuisse sacrorum famulas,  
 quas viri & mulieres hanc in rem dedicarant, testis est  
 STRABO; idemque ex PINDARO & CHAMÆLEON-  
 TE HERACLEOTE docet ATHENÆUS, *Deipnosophist.*  
 L. III. c. IV. p. m. 573. edit. Lugdun. *Is. Casauboni*, cuius con-  
 fer. *Animadvrs.* p. 871, sq. Optime FLACIUS paucis cuncta  
 complectitur in *Præfat.* ad h. Epist. *Erat, inquit, omnino tota*  
*Græca gens, levis, factiosa ac rixosa, admiratrix studiorum,*  
*potius ad ostentationem ingenii ac facundia directorum quam*  
*utilium ac sanorum. Præterea Corinthus civitas, (utpote fre-*  
*quentissimum ac ditissimum emporium) corruptissimis moribus*  
*erat contaminatissima: erant ibi homines libidinosi, superbi, de-*  
*licii & gula dediti, ac denique avari & concensiosi.* in *Glossa ad*  
*N. T.* p. 748. DEUS ergo T. O. M. sceleratissimam idololatriam  
 aliaque flagitia diu tolerata tandem eo gravius vindicavit, quo  
 maioribus hæcenus huius sæculi bonis eos abundare permisce-  
 rat. Romanos enim, hostes se longe superiores, violando Lea-  
 gatos, ad iram provocarant Corinthii: hinc bello Achaico vi-  
 sti L. Mummius Consule, populusque omnis, sub corona vendi-  
 tus; ipsa urbs direpta primum, deinde cuba præcinense deleta  
 est. FLORUS L. II. c. XVI. IUSTINUS L. XXXIII. c. II.  
 STRABO & PAUSANIAS II. cc. In primis totius belli hi-  
 storiam tragice simul & pro more disertissime delineavit  
 FREINSHEMIUS *Supplem. Liv.* L. XVII. vel LII. c. XXI. sqq.

beneficio commutatio fieret quam maxime: siquidem utrisque mercatoribus fuit gratissimum, omiſſa circum Maleam navigatione, quæ ob adversos ventorum in isto mari flatus difficilis erat, merces Corinthum deportare. Accedebant, quæ terra in Peloponnesum importabantur, aut inde exportabantur, quotannis plurimas: quorum vestigalia acceperunt, qui claustra obtinebant, Corinthii. De quibus omnibus PAUSANIAS & imprimis STRABO ll. cc. fusus egerunt. Quanta autem ex his rebus urbs illa ceperit incrementa, præsertim Sparta tandem ipsisque Athenis decrescentibus & opulentissimo quoque huc migrante, facile est iudicatu. Ipse CHRYSOSTOMUS hæc notavit in *Præfat. ad 1. Cor. p. 330.* *Corinthus est nunc quidem civitas prima Græcia: multis autem ad vitam degendam olim abundabat commodis, copiisque & opibus ante omnes alias: - - - Erat autem civitas Oratoribus plena & Philosophis. Et mox in seq. πόλιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον vocat, πλέτη καὶ σοφίας ἄνευ θαυμαστῆν ἔσαν, καὶ τῆς ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον. Addens: τὰ γὰρ ΑΘΗΝΑΙΩΝ καὶ ΔΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ἀθλίως δίκειτο, λοιπὸν τῆς ἀρχῆς πάλαι μεταπιστάσης. Idemque scriptores profani illo longe antiquiores memoriæ prodiderunt. THUCYDIDES Lib. I. testatur, primas, quas Græcia habuit, virescens Corinthi adificatas fuisse: - - - ipsosque Corinthios, cum in Isthmo sitam tenerent urbem, frequentem turpibus tempestatibus mercatum habuisse, - - - indeque in magnas crevisse opes, ac Peccatum quoque prisorum versibus ἀφνειὸν χωρίον ἡβῆς εὐρηματὰ ἴσθμι. Quorsum & illud PINDARI Olymp. XIII. ὀλίβαν Κόρινθον, ac Oraculi encomium, εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, apud Strabonem p. 435. referas. Ipse STRABO: ἡ πόλις τῶν Κορινθίων μεγάλη καὶ πλοσία διὰ παντὸς ὑπέστη, ἀνδρῶν τε ἐπιπόρησεν ἀγαθῶν ἕως τε τὰ πολιτικά, καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημογεγναίς· μάλιστα γὰρ καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν Σικωνίᾳ κρήνη γεγραφήη τε καὶ πλατυή, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημογεγναί. i. e. Fuit Corinthus urbs magna semperque dives, copiamque tulit virorum, & ad res civiles tractandas idoneorum, & ad artificia exercendas maxime enim Corinthi & Sicyone pingendi ac fugendi, aliæque id genus artes*

artes aucta sunt. p. 436. Et LIVIUS l. c. urbs erat tunc  
 preclara ante excidium. Imo Achaia caput, Græcia decus  
 FLORO l. c. audit: & CICERO pro lege Manilia c. V. to-  
 cius Græcia Æmen appellat, quod patres excidium esse volue-  
 rant. Et Lib. III. de Natura Deorum, c. 38. Crivolaus evertit  
 Corinthum, Carthaginem Hasdrubal: hi duos illos OCULOS  
 ORÆ MARITIMÆ effuderunt. Opes luxus & voluptates so-  
 lent comitari: quibus Corinthios quoque immerfos fuisse  
 hæc ostendunt, & uno ore testantur veteres. Non com-  
 memorabo prostibulum illud, ad quod ex omni Græcia, imò Asia  
 & Africa ditiorum celebres erant conventus: tales enim in  
 Veneris apud eos fano supra mille fuisse sacrorum famulas,  
 quas viri & mulieres hanc in rem dedicarant, testis est  
 STRABO; idemque ex PINDARO & CHAMÆLEON-  
 TE HERACLEOTE docet ATHENÆUS, *Deipnosophist.*  
 L. III. c. IV. p. m. 573. edit. Lugdun. Is. Casauboni, cuius con-  
 fer. *Animadvert.* p. 871, sq. Optime FLACIUS paucis cuncta  
 complectitur in *Præfat.* ad h. Epist. Erat, inquit, omnino tota  
 Græca gens, levis, factiosa ac rixosa, admiratrix studiorum,  
 potius ad ostentationem ingenii ac facundia directorum quam  
 utilium ac sanorum. Præterea Corinthus civitas, (necpote fre-  
 quentissimum ac ditissimum emporium) corruptissimis moribus  
 erat contaminatissima: erant ibi homines libidinosi, superbi, de-  
 licii & gula dediti, ac denique avari & contentiosi. in *Glossa ad*  
*N. T.* p. 748. DEUS ergo T. O. M. sceleratissimam idolatriam  
 aliæque flagitia diu tolerata tandem eo gravius vindicavit, quo  
 maioribus hætenus huius sæculi bonis eos abundare permisce-  
 rat. Romanos enim, hostes se longe superiores, violando Leo-  
 gatos, ad iram provocarant Corinthii: hinc bello Achaico vi-  
 cti L. Mummius Consule, populusque omnis, sub corona vendi-  
 tus; ipsa urbs direpta primum, deinde cuba præcincte deleta  
 est. FLORUS L. II. c. XVI. IUSTINUS L. XXXIII. c. II.  
 STRABO & PAUSANIAS II. cc. Inprimis totius belli hi-  
 storiam tragice simul & pro more disertissime delineavit  
 FREINSHEMIUS *Supplem. Liv. L. XVII. vel LII. c. XXI. sqq.*



Sic annis plus centum eversa desertaque iacuit Corinthus, donec lulus Cæsar Dictator, idemque diruta ante totidem fere annos Carthaginis instaurator, anno vitæ suæ ultimo, ante N. Christum quadagesimo, propter loci opportunitatem, novam coloniam missis eo libertinis plurimis deduceret: quorum fata priora & res pretiosas e sepulcris, inprimis vero *ὀσσευαίων τοῦρματα πληθῆ*, sive opera testacea torno facta plurima, quæ propterea *Νηεροκοροθία* vocata, & ob insigne artificium in admiratione primum, nec æreis Corinthiis vasibus viliora habita, sed magno divendita Romam impleverunt; donec tandem testis veris deficientibus multisque pro genuinis haud agnitis viliora fierent; enarrat STRABO l. c. unde fortassis nova reddi posset ratio vocis *ὀσσευαίους* 2. Cor V. 8. quæ in toto N. F. bis modo occurrit, cur scilicet ea hic utatur Apostolus: cuius quidem duas iam STEPH. LE MOYNE suppeditavit rationes, Ven. WOLFIO ad h. l. notatas. Certe notissima vasa Corinthiis & hoc ipso tempore viliora fuisse ex loco illo Strabonis constat. Posset & aliquis ex hac *Νηεροκοροθίων* historia novam forte, eamque, si recte numeravit Cl. HEUMANUS, decimam octavam de iis, qui *βασιλίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*, fabricare sententiam: ne scilicet quicumque superesset, quod ingenium humanum ad hanc tollendam difficultatem non excogitasset. Ceterum de colonia illa nova a Cæsare deducta confer etiam DIONEM CASSIUM Lib. XLIII. p. m. 238. edit. Wechel & PAUSANIAM, qui simul observat, neminem antiquorum civium Corinthi deinceps habitasse: *Κόρινθον δὲ οὐκ ἔστι Κορινθίων μὲν ἕδρῃς ἔτι τῶν αρχαίων, ἵπκοις δὲ ἀποσταλέντες ὑπὸ Ῥωμαίων* p. 111. imo extinctos illos a Romanis fuisse: *Κορίνθον δὲ ἀναστῆναι γενομένης ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ Κορινθίων τῶν αρχαίων ἀπολομένων*, cet. c. III. p. 118. Receperant quidem coloni antiqua magna ex parte privilegia; haud exiguam quoque hominum in civitate frequentiam efficiebat mercium ex utroque portu iam redintegrata commutatio: quin & Isthmici, ne quidem in ipsa urbis clade omitti, hic ut ante celebrabantur, dato Sicyonibus negotio, ut eos faciundos

dos curarent; donec *restituta* Corintho *ἕως τῶς τῶν ἀκαθάρτων πρὸς ἐπιθέσει ἢ τιμῆς*, PAUSANIAS c. II. p. 114. ad quos sine dubio ludos Apostolus collineat 1. Cor. IX. 24. (adeo scilicet homines, etiam cum pœnas sustinent, DEO morem gerere detrectant). Unde brevi hanc civitatem ad magnam rursus crevisse & opulentiam & luxuriam censendum est. Interim tamen POMPON, MELA, qui decem plus minus annis suos de *Situ Orbis* Libros exaravit ante scriptam hanc Pauli ad Corinthios epistolam, lib. II. p. m. 202. *olim* quidem *claram* opibus testatur, *post vero clade notiores*, nunc Romanam coloniam; forte hoc ipso tacite indicans, nondum ad pristinum fastigium aspirare potuisse civitatem. Eo in statu novi erant coloni, quos Paulus anno urbis instauratæ fere centesimo ore ac scripto docebat; unde non mirum de idolothytis, & cavendis moribus dissolutis, scortatione, ebrietate, *πλεονεξία*, idololatria, ceteris, iterum iterumque scripsisse Apostolum. Confer. SALOM. VAN TIL *Isagoge commentario* ipsius in hanc epistolam præmissa. Quis autem non miretur, in urbe adeo opulenta tam caute versatum, ut in usus vitæ quotidianos quicquam ab iis accipere noluerit? Hodie Coranto dicitur, exigui prorsus momenti, nec pristinae claritatis retinens umbram: Turcisque parat, e manibus Christianorum an. 1715. extorta. Et hæc quidem de antiquis huius urbis incolis æque ac nova illa, quæ his excisis successit, colonia notare visum fuit, eo magis, quo plures Viros eruditissimos laude ceteroquin mea longe maiores, in delineandis Corinthiorum moribus corruptissimis occupatos, supra citata scriptorum testimonia sine ullo inter cives antiquos ac recentiores facto discrimine allegare deprehendimus. Sic magnus ille GROTIUS in *Prolegomenis ad 1. Cor.* libidinem, luxuriam & ebriositatem Corinthiorum ex ATHE-NEO & ÆLIANO voluit probare; quos vero non novæ huius, sed antiquæ potius urbis perstrinxisse mores *ἀνοψία* docet. Grotii vestigia inter alios legit Cel. SAM. BASNAGE *Annal.* sec. 1. p. 649. addens Strabonis & Gellii testimonia: de quibus tamen idem ferendum est iudicium; simulque

notandum, in ÆLIANI, quem de Corinthiis allegavit Vir doctissimus loco Lib. III. c. XV. non legendum esse ΚΟΡΙΝΘΙΟΙ, sed ΤΙΣΙΝΘΙΟΙ; ceu ex re ipsa, & ex ATHENÆO, quem Ælianus hic sequitur, manifesto docuit Cæl. IACOBUS PERIZONIUS in præstantissima Æliani editione Lugdun. 1701. p. m. 197. Ceterum Corinthi eo, quo civibus eius lux Evangelij affulsit, tempore totius *Achaia* tribunal fuisse D. LUCAS memorat Act. XVIII. 12. Quo quidem nomine omnem comprehendendi *Græciam*, excepta Macedonia & Epiro, docet PAUSANIAS L. VIII. c. XVI. p. 563. Καλῶσι δὲ ἐκ Ἑλλάδος, αἱ Λαχαιῶν ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι: addita ratione; quod scilicet *Græci subacti sunt principatum obtinentibus Achaia*. Non repetam, quæ supra §. IV. not. (b) p. 21. de illa æque ac Macedonia notavi, fuisse nimirum primum populi, mox Cæsaris, provinciæ: donec tandem Claudius forti eas redderet, quod C. Crispo II. T. Statilio Coff. i. e. anno Dom. 44. U. C. 797. Claudii 4. factum esse testatur DIO L. LX. p. 677, 678. Nec libertatem Græciæ a Nerone, cum A. C. 67. ludus ibi celebraret, concessam, a Vespasiano vero mox sublatam commemorabo: videri ea de re possunt PLINIUS *Hist. Nat.* L. IV. p. m. 421. PLUTARCHUS in *Flaminio* p. m. 376. C. edit. Wechel. SÆTONTIUS in *Neron.* c. XXIV. PAUSANIAS l. c. cap. XVII. p. 564. DIO L. LXIII. p. 719. & qui Apollonij ad Vespasianum hanc ob causam datas recepisset epistolas, PHILOSTRATUS in *vita Apollonii Thyæ.* L. V. c. XLI. p. m. 224, 225. edit. Olearii. Pauca modo de ipso Gallione notasse sufficiet. Erat is frater L. Annæi Senecæ Philosophi & Annæi Mellæ, Patris M. Annæi Lucani, Poetæ, TACITUS L. XVI. c. XVII. *Mellæ, quibus Gallio & Seneca, parentibus natus, cetera.* Et totidem fuisse fratres SENECA testatur in *Consolat. ad Helviam matrem* c. II. T. I. p. m. 99. edit. Gronov. 1659. *Intra tricesimum diem carissimum virum tuum, (puta M. Annæum Senecam, Cordubensem, Rhetorem) ex quo mater TRILLUM liberorum eras, extulisti.* Noster, cum iunior esset, Novatum dictus, eique Senecæ libros de *Ira* ipsius rogatu composuit.

positos inscripsit. Adoptatus autem a Senatore *Iunio Gallione*, illo, si fallor, cuius fata TACITUS L. VI. c. III. p. 552, sq. & DIO L. LVIII. p. 629. recenset, huius postea nomen assumpsit. Honores ante Senecam consecutum esse patet ex verbis Senecæ L. c. c. XVI. p. 120. *Respice fratres meos: quibus satvis, fas tibi non est accusare fortunam. In utroque habes, quod te diversa virtute delectet: alter honores industria consecutus est, (Gallio); alter sapienter contempsit, (Mella, Tacit. XVI. c. XVII.).* Scripsit hanc consolationem Seneca in exilio suo, quod an. Ch. 40. Claudii I. faciente Messalina subit, DIO L. LX. p. 667. iam tum igitur honores Romæ adeptus erat, non tamen Achaïam provinciam; hanc enim Claudius anno demum IV. Senatui concessit. Quid? quod illam a Senatu, qui nutu Messalinæ & libertorum regebatur, vix nisi hac sublata, & fratre Seneca per Agrippinam revocato, ac Domitii moderatore constituto, i. e. post an. C. 49. Claudii 9. consequi potuit: quo ipso Auctoris nostri chronologia non evertitur, sed confirmatur. Erat iste Gallio vir moderatus & adulationis expertus, multisque conspicuus virtutibus: unde non solum de eo STATIUS in *Genesliaco Lucani: Aut dulcem generasse Gallionem. Silv. II. VII. v. 31.* Verum ipse quoque SENECA *Natur. Quæst. L. IV. Præfat. Tit. II. p. 580.* singularibus ornat elogiis: *Eo enim, inquit, iam dementia venimus, ut qui parce adulatur, pro maligno sit. Solebam tibi dicere, Gallionem fratrem meum, (quem nemo non parum amat, etiam qui amare plus non potest) alia vitia non nosse, hoc etiam odisse. Ab omni illum parte sentasti. Ingenium suspicere capisti, omnium maximum ac dignissimum, quod consecrari mallet, quam conce-rit: pedes abstulit. Frugalitatem laudare capisti, qua sic a summis refluit, ut illos habere, nec damnare videatur: prima statim verba præcidit. Capisti mirari comitatem & incompositam suavitatem: que illos quoque, quos transit, abducit, gratiantem etiam in obvios meritum. Nemo enim mortalium unquam tam dulcis, quam hic omnibus: cum interim tanta naturalis boni vis est, uti artem simulationemque non reddeat. Nemo non*

*im-*

*imputari sibi bonitatem publicam patitur: hoc quoque loco blanditiis tuis resistit, ut exclamares invenisse te inexpugnabilem virum adversus insidias, quas nemo non in finem recipit. Eo quidem magis hanc eius prudentiam & in evitando inevitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraveras posse apertis auribus recipi, quamvis blanda diceres, quia vera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim falsis a vero petitur veritas. Nolo tamen tibi displicere, quasi male egeris minimum, & quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit. Non deprehendit te, sed repulit. Ad hoc exemplar componere.* Hæc ad Lucilium Seneca: quæ si vera sunt, summis inter ethnicos istius ævi viris annumerare hunc Achaie Proconsulem, vel si mavis Prætozem, pulli dubitamus. Eidem Gallioni fratri saum porro de *Vita Beata* libellum inscripsit: ac tandem in Achaia febris eum laborasse scribit ad Lucilium *Epist. CIV. T. II. p. 389. Illud mihi* (cui iam manum iniecerat febris) *in ore erat DOMINI mei Gallionis: qui cum in Achaia febrem habere cepisset, protinus navem ascendit, clamitans non corporis esse, sed loci morbum.* Ubi, utrum habita dignitatis Proconsularis ratione Dominum appellet; prout quibusdam placeat: an vero potius, uti LIPSIUS ad h. l. observavit, *Patres atque etiam fratres, sed natu grandiores, Dominos per bonorem & blanditias vocarint, sicut & uxores Dominas; aliis diiudicandum relinquo; cui iam sufficit urbanissimum huius viri dictum* notare, cuius DIO in fine L. LX. meminit. *Gallionis iocus memoratur, paucissimis verbis plurima ambiens: quum enim eos, qui in carcere necantur, magnis unciis in forum carnisifices, ac inde in profluentem protraherent; UNCO CLAUDIUM IN COELUM RAPTUM dixit.* Idemque eodem, quo Senecam, anno fratres quoque postea interfectos esse testatur, Gallionem puta & Mellam. De illo silet TACITUS, morteque Seneca fratris pavidum modo & pro sua incolumitate supplicem, a Salieno vero Clemente increpitum, hostemque & parricidam vocatum fuisse docet, L. XV. c. LXXXIII p. 1097. Huius autem mortem fufius delineavit L. XVI, c. XVII.

p. 1124. Moderationis quidem illum in diiudicanda religione Christiana Act. XVIII. 14, 15. graviter a Iudæis oppugnata v. 13. laudem tulisse non negarem; nisi eandem supina in indagando negotio maximo negligentia & incuria obliterasset: id quod excellentissimo Theologo DANNHAUERO anfam dedit peculiarem de Gallionismo Dissertationem odendi, quæ in *Disput. eius Theol.* p. 175 -- 213. recusa est, ubi Gallionismus ab eo definitur; quod sit *ars nova Pseudopoliticorum, ex aetelia Atheistica seu supina ignavia potissimum suborta, controuersiarum de fide & religione incuria & ignara; exterius ἀπολοπραγμοσύνης καὶ λογομαχίας pseudophrastica, pacis & simplicitatis corrusca, reuera tamen conscientie carnificina, ignorantie asylum, apostasia mater, via atheismi.* Quæ quidem omnia ex circumstantiis hic commemoratis ad liquidum perducit, observante Rev. WOLFIO ad h. l. Divino igitur potius, quam huius sub moderamine viri DEO hic cœtus colligebatur, non ex Iudæis modo, verum gentilibus quoque constans, ceu ex utraque epistola erudite ostendit IO. BRAUNIUS *Schol. Sacr.* L. I. c. III. & IV. ubi simul observat, quid his, quid illis speciatim scripserit Apostolus. Quæ vero ad statum huius ecclesie penitus cognoscendum, ex Actis ipsisque Epistolis maiori cum fructu petenda sunt, studiose collegit Ven. LANGIUS in *Commentatione de vita & Scriptis Pauli*, Sect. II. c. III. §. 28, 199. p. 89. & 95.

## §. 14.

Ad Epistolæ huius auctoritatem quod spectat, certe una ex iis est, in quibus D. Paulus officium sibi a DEO concredutum sat multis prædicat: Sermonem suum fuisse dicit *ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως*, c. II. 4. (a) Locutum se σοφίαν θεῶν ἐν μυστηρίῳ v. 7. ea quæ DEUS Ipsi revelavit per Spiritum v. 10. Non accepisse se *spiritum mundi*, sed *spiri-*

stola iam in ecclesia Christiana, imprimis Romæ, recepta esset. Unde & Paulinis interdum phrasibus ac argumentis usum esse Clementem haud mirum est. Nec seculo II. aliter rem habuisse monstrabimus. De *Ignatio & Polycarpo* egimus §. V. p. 37, sqq. Addere tamen hic iuvat, **IGNATIUM** non semel in suis Epistolis sententias usurpare Paulinas, quæ in utraque ad Corinthios epistola *ρητῶς* leguntur, e. g. *Epist. ad Ephesios* §. II. *ἵνα ἢτε κατηρητισμένοι τῷ αὐτῷ νοί, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες*, cet. coll. 1. Cor. I. 10. **§. XVI.** coll. 1. Cor. VI. 9, 10. c. X. 8. nec non §. XVIII. coll. 1. Cor. I. 18, 23, 24, 20. *Epist. ad Romanos* §. III. *τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα. τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.* coll. 2. Cor. IV. 18. Et §. V. *ἀλλ' ἔτι παρὰ τῆτο δὲδικαίωμαί.* coll. 1. Cor. IV. 4. In aliis quidem epistolis id egisse Ignatium non deprehendi: nondum enim forte certus erat, has aliasque litteras Apostolicas omnibus ecclesiis innotuisse. Ephesiis vero & Romanis iam receptas fuisse, si non aliunde, tamen ex singulari, quod inter has urbes intercedebat, commercio scire poterat. Accedebat, quod uti Ephesi ad Corinthios, ita Corinthi ad Romanos Paulus scripserat epistolas. Ipsos seculi II. hæreticos *Θεοπνευσίαν* & canonicam epistolæ auctoritatem ne quidem in dubium vocasse constat: siquidem & **VALENTINIANI** ad varia eius loca, e. g. 1. Cor. I. 18. c. XV. 8. item v. 48. & c. II. 14. c. V. 15. c. X. 10. cetera, sæpius teste **IRENÆO** Lib. I. tanquam exinde sua probaturi somnia provocarunt, addito etiam *ρητῶς* ipsius epistolæ nomine, vid. p. 18, 38, & 36. ubi *τὸν Παῦλον λέγουσιν εἰρημέναι ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους &c. & πῶς, ὁμοίως πεφασκεμέναι ἅ τὸν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ εἰπόντα*, cet. Et **MARCION** paucis tantum commatis omiſſis utramque canonī suo Apostolico inseruit, vid. supra §. cit. ubi deinceps quoque de **IUSTINO MARTYRE** actum est; confertur interim *Dialogus eius cum Tryphone*, Opp. p. 342. b. ubi, quæ de Christo petra, indeque scætenge aqua vitæ dispartat, vix aliunde, quam ex 1. Cor. X. 4. hausisse videtur. **IRENÆUM** autem

item si consulimus, disputantem non contra *τῶν ἕξω*, vel ludos, sed hæreticos, eandem ut plurimum N. F. scripturam secum agnoscentes; ipsum in opere non adeo prolixo vel cunctis hanc allegare epistolam deprehendemus. Sic ipsi *Dominus prædicanti* nostrum vel ter adiungit Apostolum idem dicentem ex 1. Cor. V. *Dominus quidem prædicante in ignem æternum missi tales* (Matth. XXV. 41.); & *Apostolo dicente: An ignoratis quoniam iniusti regnum DEI non hereditabunt? Nolite seduci*, cet. Lib. IV. c. 46. p. 348. Quin & eadem pagina: *Et habemus præceptum*, inquit, *si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idololatra* - - - (1. Cor. V. 11.) *Et iterum ait Apostolus*; cet. Ex p. 347. c. 45. *Et hoc autem*, (scilicet Israëlitarum prævaricationes in corruptionem nostram descriptas esse) *Apostolum IN EPISTOLA, QUÆ EST AD CORINTHIOS, MANIFESTISSIME OSTENDISSE, dicentem: Non enim volo vos ignorare, fratres, cetera, quæ existant* 1. Cor. X. v. 1-17. & hic ad verbum repetita leguntur. Confer. Lib. V. c. XI. p. 414, & 415. Quin & hanc epistolam tanquam primam interdum allegat, e. g. Lib. V. c. VII. p. 409. *Et propter hoc agit de ea* (carne) *IN PRIMA AD CORINTHIOS: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione*, &c. 1. Cor. XV. 52. Idem de TERTULLIANO, cui cum *Irenæo* idem non raro labor & scopus obrigit, sentiendum esse, scriptorum eius *αὐτοῦτα* docet, in quibus vel trecenties aliquid ex hac epistola profertur *De Resurrectione Carnis* c. XLIX. p. 354. *Apostolus*, inquit, *disposita ad CORINTHIOS omni distinctione ecclesiastica disciplina, summam & sui evangelii & fidei illorum in dominica mortis & resurrectionis demandatione concluserat; ut & nostræ spei regulam inde deduceres, unde constaret. cetera, quæ ex 1. Cor. XV. hic addit; cuius quidem capituli explicationem & vindicias deinceps per universum fere tractatum instituit. Ex de Prescription. Hæreticorum c. XXXIII. p. 214. Paulus in PRIMA AD CORINTHIOS notat negatores & dubitatores resurre-*



νεβλιονί, Ut taceam, quæ iam supra ad §. V. not. (d) allata sunt. Quomodo autem uterque horum verba Apostoli 1. Cor. VII. explicet, mox ad §. 19. observare licebit. Superest ex seculo II. CLEMENS ALEXANDRINUS, qui huius quoque epistolæ supra sexagies meminit; eminent vero loca illustris non pauca, e. g. *Pædag.* L. I. p. 106. Δια τὸτο ἀρα-μωσικῶς ΤΟ ΕΝ ΤΩ ΑΠΟΣΤΟΛΩ ΑΓΙΟΝ ΠΝΕΥΜΑ τῇ τῷ Κυρία ἀπο-χρώμενον Φωνῇ, Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, ΔΕΓΕΙ. 1. Cor. III. 2. Et L. III. p. 256. Ἀντιλάττεται δὲ αυτοῖς, εὖ μάλα ἐρρωμένως, ὁ Ἀπόστολος. Μὴ πλανᾶσθε, κ. τ. λ. 1. Cor. VI. 9, 10. Et *Stromat.* L. I. p. 274. Πολλοὶ γὰρ ἐν ἡμῖν, κατὰ τὸν ΘΕΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ, αἰθενεῖς καὶ ἀρρωστοὶ, καὶ κομιῶνται ἰκανοί. &c. 1. Cor. XI. 30, 31. Ad ipsam quoque epistolam ῥητᾶς provocat *Pædag.* L. I. p. 96. ΣΑΦΕΣΤΑΤΑ γοῦν Ο ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΠΑΥΛΟΣ ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῆς ζητήσεως ἐν τῇ ΠΡΟΤΕΡΑ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛῃ, ἃδὲ πως γράφων cetera ex 1. Cor. XIV. v. 29.

## §. 15.

Unum certe illud obstat his, quæ diximus, quod capite septimo distinguat Apostolus ea, quæ ex privata sua sententia proponit, ab iis quæ profert κατ' ἐπιταγήν, seu expresso DEI mandato. Iis qui matrimonio iuncti sunt, inquit, præcipio non ego, sed *Domine*, v. 10. Ceteris ego dico, non *Domine*, v. 12. De virginibus præceptum *Domini* non habeo, *consilium* autem do, v. 25. Et in fine capituli, eum de viduali castitate γνώμην suam exposuisset, subdit, δοκῶ δὲ καὶ γὰρ πνεῦμα Θεῶ ἔχειν: ceu haud prorsus certus de sua in hoc, quod iam præceperat, *θεοπνευσία*.

## §. 16.

Ex dictis sane haud obscure colligi videatur, in epistola hac nonnulla saltem humani duntaxat ingenii esse, humanæ auctoritatis. Verum ex perperam intellectis Apo-  
stoli

**Stoli** verbis, orta est hæc opinio. Res omnino ita se habet. Dominus noster de pluribus quidem rebus diserta Apostolis dedit mandata : de aliis vero aut nihil plane, aut saltem generaliter sine specialibus circumstantiis locutus est ; vel quod tum præfens occasio haud tulerit, aut necessitas non exegerit ; vel quod Apostoli, ob imbecillitatem, doctrinæ istius haud capaces essent, donec virtute Spiritus ex alto induerentur. Sic enim Christus Ioh. XVI. 12, 13. *Ahuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem.* Ista, quæ Christus clarissimis expresserat verbis, Domini dicebantur mandata : quæ vero Apostoli ex dictamine Spiritus S. in ecclesiis credenda docebant, vel agenda mandabant, non Christo, sed eius vicario, quem vocat Tertullianus, Spiritui Sancto, inquam, adscribebantur.

## S. 17.

Pater hoc ex articulo de vocatione gentium per Evangelium, harumque a iugo Legis Mosaicæ immunitate. Utrumque Christus ante resurrectionem, imo hanc & post eam celaverat : unde Petrus religioni ducebat ad gentes intrare, & una cum ipso Apostoli omnes in solemnî synodo considerandum sumebant, utrum gentiles ad fidem conversi Legem Mosaicam observare tenerentur, nec ne. (\*) Id quod neutiquam factum esset, si expressam Christi sententiam hac de re habuissent. Instruebat vero Apostolos in utroque Spiritus Sanctus, ut scirent, quæ in his esset DEI voluntas. Hinc Paulus mysterium vocationis gentium per Evangelium dicit *nunc Apostolis revelatum in evangelio*, Eph.

Eph. III. 5. & Apostoli in Epistola synodica ad ecclesias, *ἔδοξεν*, inquit, *ἀγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν*, Act. XV. 28. Unde decreta de gentibus ab observatione Legis Mosaicæ (excepta abstinentia idolothytorum, sanguinis ac suffocatorum, & a fornicatione) liberandis, appellantur dogmata *κακομαίνα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων*, nusquam autem *δόγματα κυρίου* quoniam de his Christus nihil dixerat.

(\*) Non hunc in finem congregatos fuisse Apostolos cum Presbyteris dicerem, ut iam demum sive ab his, sive per *θεοπνευσίαν* edocerentur, utrum gentiles conversi legem Mosaicam observare tenerentur, nec ne: istud enim eis antea haud fuisse ignotum colligo. 1) ex dono *θεοπνευσίας* ipsis concessō. Et licet vel maxime Christi sententiam de hac re non habuerint expressam: tamen 2) vel ex solis V. T. oraculis, quorum iam medullam ac intimos & ad tempora N. usque F. absconditos penetrabant recessus, satis superque de negotio tanti momenti illos æquæ ac Paulum informatos fuisse nullus dubita. Accedit 3) quod nec Petrus aliquid nec Iacobus in suo protulerint sermone, unde eos quisquam iam primum hac de re quasi adhuc dubios deliberare voluisse argueret. Contra ea Petrus totum hoc negotium tanquam sibi aliisque notissimum tractavit, & mox in initio ad suam inter gentes *ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων* Evangelii præconium provocans, adversarios Iudaizantes *πειράζειν τὸν Θεόν* pronunciat. Iacobus vero ista omnia oraculis Prophetarum comprobat. Quibus recte perpenſis vix cum auctore affirmare audeo, Apostolos iam demum considerandum sumsisse, utrum gentiles legem Mosaicam observare tenerentur nec ne: id enim olim, ni fallor, deliberatum, ipsoque actu a Petro diiudicatum fuerat, cum sine ulla circumcisionis mentione cognatos & amicos Cornelii sacro dignos lavacro pronuntiaverat, Act. XI. 47, 48. Reliqui vero Apostoli & fratres, qui tunc congregati erant, ut Petro eandem *ἔρε* *εἰ ἐν περιτομῇ* moverunt controversiam, id ipsum non sine gaudio confirmarant.

Hec

Hoc igitur concilium, cuius D. Lucas v. 6. docet fuisse scopum, ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου ΤΟΥΤΟΥ coll. v. 5 & 1. potius habitum esse credo ad placandos eorum animos, qui istam controversiam Antiochiæ motam Hierosolymis summa cum contentione urgebant: quos melius hac de re partim rationibus, partim auctoritate Apostolica informari, ipsa iam flagitabat necessitas, tum ne quod in ecclesia oriretur schisma, tum ut huius Ecclesiæ matris, quæ magnam partem constitit ex Pharisæis, exemplum & auctoritas, reliquos per totum orbem Iudæos ad fidem conversos eo facilius ad eadem sentiendum alliceret.

## §. 18.

Utcunque vero aliqua dictarant ipse Christus, alia postmodum Spiritus S. tamen & hæc, quæ Spiritus S. Apostolis suggererat, divinæ erant auctoritatis, perinde ac ea quæ Christus ipsos docuerat. Unde & ipsa *mandata Domini* dicta sunt, sensu laxiori. Nam uti filius DEI nihil locutus est, nisi quod audiverat a Patre, Ioan. c. VIII. 12, 15, &c: ita & Spiritus S. non a semet ipso loquebatur, sed quæcunque audiebat, loquebatur, & quæ a Christo accipiebat, annunciabat, Ioan. XV. 13, 14. His prænotatis, in aperto iam est Apostoli nostri sententia. Cum in hoc capite præcepta quædam ab ἐπιταγή Domini distinguat, non intelligit præcepta ex suo ingenio excogitata, sed huiusmodi, quæ immediate acceperit a divino Spiritu; non autem a Christo ipso. Sic v. 10. dicit non se, sed Dominum præcipere, ut uxor a viro non discedat: nempe Christus ipse hoc expresse docuerat Matth. V. 32. & XIX. 9. Luc. XVI. 18.

## §. 19.

Contra, v. 12. ait se non *Dominum* dicere, ne fidelis infidelem uxorem dimittat. recte: neque enim a Domino

mino ipso expresse declaratum erat , quid in isto casu faciendum esset , sed in genere solum prohibitum erat divortium : quod generale Servatoris nostri interdictum Apostolus , Spiritu divino ductus utique , ad coniugium fidelis cum infideli applicabat. Similiter v. 25. de virginibus ait quidem , se præceptum *Domini* non habere , sed sententiam suam dicere , seu consilium dare ; ut & de viduis , v. 40. beatiores fore , si sic permanserint , secundum ipsius consilium. Scilicet ab ipso Servatore strictum his de rebus mandatum , quo fideles obligati essent , haud acceperat , quale de S. Eucharistia se accepisse scribit , capite XI. huius epistolæ : sed tamen sententiam suam dixisse , ex dictamine Sancti Spiritus (a). Neque enim illud *δὸν δὲ καὶ γὰρ πνεῦμα θεῶν ἔχειν* , dubitantis est de inspiratione sua et auctoritate , (quam supra tantopere prædicarat) sed eam omnino adferentis. In eundem sensum sumitur *δὸν* cap. IV. 9. huius Epistolæ (b).

(a) Egregie non minus quam copiose hanc phrasin Apostoli explicuit & contra hostes *θεοπνευστίας* librorum sacrorum præsertim N. F. vindicavit MILLIUS , ita ut veritati tot exemplis confirmatæ & illustratæ quicquam addere supervacaneum sit. Ante illum quidem iisdem fere rationibus , at brevius & in compendio contra *Spinozam* & *Clericum* pugnavit eruditissimus HERM. WITSIUS *Miscellan. Sacr.* Libr. I. c. XXII. §. 31. p. 344, sq. Neque tamen exinde concludendum , sive ab hoc sive *Grotio* sua mutuatum esse Auctorem nostrum , uti sine ulla hæsitacione asserere voluit cel. L' ENFANT in peculiari ad Io. Clericum epistola , quæ inscribitur : *Remarques sur l' Edition du N. T. par Mr. Mill* , cetera , eiusque *Biblioth. Sel. T. XVI* p. 275, sqq. inserta est. Ubi p. 282. ille : *L' Auteur avoit pris de Grotius le fond de sa réponse sur la Chap VII. de la 1. aux Corinthiens , sans le nommer.* Unde enim , quæso , hoc

hoc plagii crimen, cuius utique noster hic indirecte postulatur, probari potest? Eruditis quidem haud paucis vitium istud imputandum est; fateor: quin & eos quoque plagium facere videbis, oblique tamen, quos forte ab isto delicto prorsus esse liberos pronuntiares. At cur Millius, vir tantus ac in Patrum præcipue scriptis versatissimus, non sua potius Theodoro vel Chrysofomo debebit, quam Grotio? Addam explanationem THEODORETI: is ad hæc Pauli verba, *Præcipio, non ego, sed Dominus*, v. 10. Τῆς Ευαγγελικῆς νομοθεσίας ἀνεμνησεν, inquit: ὁ γὰρ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Ευαγγελίοις ἔφη· ὅτι ὃς ἀν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτῆ, cetera, ex Matth. V. 32. In ista vero v. 12. verba, *Ego dico, non Dominus*, commentatur: τὸ ἐγὼ λέγω ἀντὶ τῆ, ἔχουρον τῆτον τὸν νόμον τοῖς ἱεροῖς Ευαγγελίοις ἐγγεγραμμένον, ἀλλὰ νῦν αὐτὸν τίθημι· ὅτι δὲ οἱ τῆ ἀποστόλου νόμοι τῆ δεσπότης Χριστῆ νόμοι, δῆλόν ἐστι τοῖς τῆ θεῖα πεπαιδευμένοις· αὐτῆ γὰρ ἐστὶ Φωνή· κ. τ. λ. ubi quoque 2. Cor. XIII. 3. allegat, adeoque eadem habet, quæ *Wisius* l. c. protulit, & a quibus *Grotius* quoque qua sensum huius loci non discedit. Idem cum Theodoro sentiunt CHRYSOSTOMUS & THEOPHYLACTUS, qui simul addunt: ὡς τὸ ἐγὼ, καὶ ἐκ ἐγὼ, ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν· ἵνα γὰρ μηδὲ τὰ αὐτῆ ἀνθρώπινα εἶναι νομίσῃς, διὰ τῆτο ἐπήγαγε, Δοκῶ γὰρ καὶ γὰρ πνεῦμα θεῶν ἔχειν. Iudicet iam Lector, utrum Grotio hanc explanationem debeat auctor, an recentiores potius scriptores Patribus eam debere dicendum sit, quos ante mille ac ducentos annos istis lucem prætulisse constat. Proferam tamen & GROTII verba, (*donc le bon sens humain est considerable*, ipso iudice TILLEMONTIO T. I. P. II. p. 837.) una cum monitis *Calovii*. Ita scilicet ille ad v. 10. *Comparete dictum, non ego ex me, sed ex Christi auctoritate: simile Matth. X. 20.* Et ad v. 12. *Christus præceptum dederat iis, qui sua futuri essent disciplina. De iis coniugiis, in quibus alter esset Christianus, alter non esset, nihil dixerat. Restabat ergo e præceptis generalibus, de dilectione omnium hominum derivare monita: quæ tamen non possunt ita esse perpetua, ut non ex circumstantiis restringantur.*

Ad quæ CALOVIUS monet, istas phrasas Paulinas non innuere *diversitatem in principio revelante, sed modo revelationis; non quidem ea ratione, quod alter sit stricte mandati, videlicet ne coniugati sese separent, Matth. V. 32. XIX. 9. alter secundum circumstantias suas dispensari possit, si scilicet infidelis coniux velit aut nolit cohabitare coniugi fideli: sed quod alter generalis sit & implicitus, alter vero specialis, & explicite ad casum propositum directus; qui, licet adeo diserte expressus non fuerit a Domino, tamen implicite in lege matrimoniali comprehendatur. - - - Quadam enim in scripturis sunt & dicuntur; quedam non dicuntur, sed sunt: quedam κατὰ γράμμα non habentur, sunt tamen in scriptura κατὰ πρᾶγμα; uti nota habet Nazianzeni regula. De cetero Paulinam hanc dicendi formulam SS. Patres nonnunquam & profanos quoque scriptores expressisse, exemplis allatis probare vult HEINSIUS in *Exercitat. Sacra* ad h. l. quæ tamen eius potius hypothese, quam nostræ explicationi inserviunt, adeoque in h. l. non quadrare apte videntur. Alioquin & hic notari possent, quæ de *Apostolicis concedentibus quedam præcepta secundum ignoscendam iam olim ad h. l. differuit IRENÆUS Lib. IV. c. XXIX p. m. 318.* aliæque plura.*

- (b) Aliter quidem phrasin πνεῦμα θεῶν explicare vult GROTIUS: nimirum, non *revelationem, sed sincerum affectum DEO & piis serviendi* hic intelligi; conferens 1. Cor. IV. 21. Verum ibi πνεῦμα πρᾶξις, non θεῶν legitur. Et nusquam hanc phrasin ita sumi, ut *sinceritatem* affectus denotet, sed ipsum potius Spiritum S. recte notavit CALOVIUS. Confer. quæ supra ad §. V. not. b. contra falsissimam SPINOZÆ & CLE-  
RICI explicationem observavimus, quippe quæ cum hac Grotiana fere coincidit, cum ille per Spiritum S. *mentem sanam, beatam, & DEO dicatam; hic vero, si WITSIO credimus, quandam animi habitudinem* intelligendam esse, pessimo consilio, nec meliori eventu contendant. Aliter Patres Apostolico ævo proximi senserunt, v. g. TERTULLIANUS de *Corona* c. IV. p. m. 103. *Apostolus solus & ipse consilium ministrare, cum præceptum Domini*

*Domini non habebat, & quadam edicere a semetipso: sed & IPSE SPIRITUM DEI HABENS DEDUCTOREM OMNIS VERITATIS. Itaque CONSILIUM & edictum EIUS DIVINI iam PRÆCEPTI instar obtinuit. Et de Exhortatione Castitatis c. IV. p. 521. Cum ergo, qui se fidelem dixerat, adiecit postea, SPIRITUM DEI SE HABERE, quod nemo dubitaret etiam de fidei: IDCIRCO ID DIXIT, UT SIBI APOSTOLI FASTIGIUM REDDERET. Proprie enim Apostoli SPIRITUM SANCTUM habent, cetera, Hæc Tertullianus: CHRYSOSTOMUM, THEODORETUM & THEOPHYLACTUM supra not. (a) p. 99. audivimus.*

(\*) Ne forte quisquam iniuriam magno illi GROTIUS supra a nobis §. IV. (a) p. 17. & §. VI. p. 42. factam esse existimet, addere hic potiora iuvabit, quibus cel. BASNAGE l. ibi c. sententiam eius, in *filio perditionis* Caligulam investigantis, infringit. Paulinarum, inquit, Epistolarum omnium ea antiquior est, quam primum Thessalonicensi misit Ecclesiæ. De qua cum celeberrimo Grotio certamen nobis est ineundum: *Qua ducitur, inquit ille, posterior ad Thessalonicenses, scripta est ad Iasovem Iudæum, Sila & Timothei cognatum - - Ea vero Epistola, quia continebat facinora Cæsaris principis, verbis valde expressis, sed quantum res exigebat aspersis, publicari sine malo Ecclesiæ non potuit, regnante Roma Claudia domo, id est, ante Galbam.* Nos vero contendimus falsissimum esse, posteriorem ad Thessalonicenses Epistolam, & ante priorem, & imperante Caligula, fuisse conditam; etenim 1) ex ipsa sciri Epistola facillime potest, post Apostoli Thessalonicam adventum exaratam fuisse: *An non meministis me cum adhuc essem apud vos, hæc dixisse vobis?* 2. Theff. II. 5. Paulus autem post extinctum Caligulam, venit Thessalonicam. Primus in hanc urbem adventus eius concilium excepit Hierosolymitanum: AG. XVII. *Paulus, sicut consueverat, introivit ad Iudæos. Nonnulli igitur eorum assensu sunt & consociati sunt Paulo & Sila, & religiosorum Græcorum multitudo magna.* Quibus nova Ecclesiæ poni fundamenta, nemo non videt. Concilium vero Hierosolymitanum post



mortem Caligulae celebratum est, conversis iam ad fidem Ethnicis, mortuoque Rege Agrippa. 2) Iam se Paulo comitem addiderat Timotheus, cum pervenit Thessalonicam. Ignotus autem Paulo Timotheus eatenus fuerat, donec Lystris iterum pedem poneret, societate cum Sila coniunctus. Idcirco *Timosheo testimonium dabant fratres, qui Lystris erant & Iconii, voluit igitur cum Paulus secum proficisci.* Act. XVI. Quis vero conquire possit, ante extinctum Caligulam, Paulo primum incidisse Timotheum? 3) Nondum a Paulo Evangelium Thessalonicæ disseminatum, cum per noctem ipsi visum apparuit viri Macedonis, eius auxilium flagrantis. Atqui ad plures abierrat Caligula, cum dormienti Apostolo id spectri obiectum fuit. Denique si posterior ad Thessalonicenses Epistola priore recentior est, de Grotii sententia utique conclamatum. Priorem enim ad Thessalonicenses Epistolam Claudio regnante conditam fuisse, tam certum, quam quod certissimum. Priorem vero posteriori antecessisse, ex ipsa Epistola perspicuum est. De ultimo iudicio hæc habet Paulus: *Vobis dicimus fore, ut nos vivi, qui reliqui erimus in adventu Domini, non præveniamus eos, qui obdormierunt, 1. Thess. IV. 15.* Quæ falsæ huic Thessalonicensium opinioni ansam præbuisse, quod nim. gloriosus immineret adventus, nemo non videt. Cum enim viventibus, qui rapiendi erant in nubibus, se Paulus infereret; hinc Thessalonicensibus confectum, vitam retinente Apostolo futurum esse iudicium. Cui quidem errori fecere medicinam verba hæc, ad id præiudicii relata: *Rogamus vos, fratres, ne cito a mente dimoveamini, neque terreamini, - - quasi instet dies ille Christi;* quæ 2. Thess. II. continentur. His alia duo subiungit Vir celeb. argumenta, moxque concludit: Sed argumentatione quid opus est, cum Epistolarum ad Thessalonicenses ordo ab ipso Paulo fuerit tam aperte constitutus 2. Thess. II. 15. *Retinete traditiones, quas edocti estis, tum per sermonem, tum per Epistolam nostram.* Quod si quæ prior vocatur ad Thessalonicenses Epistola revera posterior esset, uti sibi fingit Grotius, nulla adhuc Epistola moniti a Paulo fuissent.

DAN. SALTHENII  
S. THEOL. D. ET P. O.  
COMMENTATIO  
IN  
HISTORIÆ CANONIS  
SACRIQUE TEXTVS N. F.  
A  
JOANNE MILLIO  
IN  
PROLEGOMENIS AD N. T. TRADITÆ  
PARAGR. XX. - - XXV.  
IN QUIBUS AGITVR  
DE  
EP. PAVLI II. AD CORINTH.



EPISTOLA II. AD CORINTH.  
SCRIPTA ANNO LVII.

§. 20.



Anno post scriptam hanc Epistolam (a) accidit tumultus Demetrii apud Ephesios (b); quo sedato, Paulus discipulis ad eum congregatis valedicens, profectus est in Macedoniam Act. XX. 1. Nimirum olim (c) ei animus fuerat primum quidem Corinthios visere, tum vero ab his deduci in Macedoniam, ac postea a Macedonibus de novo venire ad ipsos, ac ab iis deduci in Iudæam 2. Cor. I. 15, 16. Hoc primum in animo. Postea vero, mutatis rationibus, proponit sibi (quod & Corinthiis significatum dedit, 1. Cor. XVI. 5.) se primum visurum Macedonas, ac tum Corinthios, ac apud eos hiematurum v. 6. Distulisse vero se posteriorem hunc adventum per aliquod tempus *φειδόμενον κύριον*, seu, ut poenitendi spatium daret transgressoribus, 2. Cor. I. 23. (d) Neque enim venire voluisse ad ipsos cum tristitia, c. II. 1. eamque ob causam de expurganda Ecclesia a foedo incestuosi consortio præceptum in Epistola priori dedisse, quo tristitiæ, cum veniret, (incestuoso præsertim ex ista severitate ad poenitentiam ducto) materiam omnem præcideret c. II. 3. In hunc, quem dixi, modum animatus D. Paulus, Epheso profectus est Troadem: huc enim venisse se prius quam profectus esset ad Macedonas, testatur ipse 2. Cor. II. 12. Exigua mora, propter absentiam Titi *συνεργῆς*, illic facta, inde transit in Macedoniam 2. Cor. II. 13. Act. XX. 1.

(a) Scilicet priorem Epistolam ad Corinthios, de qua in antecedentibus agerat doctissimus auctor.

①

(b) Qui

- (b) Qui describitur Act. XIX. 23-40. Adeoque illam *ἑπιομαχίαν* Paulinam 1. Cor. XV. 32. de qua supra §. 9. p. 66. seqq. egimus, vix de hocce Demetrii tumultu cum **TEHOPHYLACTO** & **OECUMENIO**, aliisque explicare licebit, cum illa ante, haec autem post scriptam ab Apostolo priorem ad Corinthios Epistolam contigerit, recte observantibus **FLACIO** in *Glossa N. T.* ad h. l. **CALOVIO** in *Bibl. Illustr.* **TILLEMONTIO**, aliisque, qui praesente **GROTIO** potius existimant, tumultum Demetrii eundem esse cum illa *ἑπιομαχία* Apostoli *τῆ γενομένη ἐν τῇ ἁσίᾳ*, cuius meminit 2. Cor. I. 8. id quod Saeculo II. iam observatum **TERTULLIANO** deprehendimus, cum in libro de *Resurrectione Carnis* c. XLIX. p. m. 357. *Quotidie, inquit, morior: utique periculis carnis, per quam & depugnavi ad bestias Epbesi; illas scilicet bestias Asiatice pressurae, de qua in secunda ad eosdem: nolumus enim vos ignorare, fratres, de pressura nostra apud Asiam, quod super quam supra gravati sumus citra vires, uti de vira basistravimus.*
- (c) Olim, i. e. quum Evangelium Corinthiis ante quadriennium praesens annunciarer, iudice Ven. **IO. CHRISTOPH. WOLFFIO**, qui in *Curis Philoh. Crit.* ad h. l. *Tenendum est, inquit, videri Paulum Corinthiis reditum suum ab Epbesis, ante professionem in Macedoniam ore praesentem promississe: Deinde vero mutato certis de causis consilio, alteram illam viam elegisse.* Vero sit similis Viri summi sententia, si verba Apostoli 1. Cor. XVI. 5-7. curatius perpendamus: Nam & hic se excusare quodammodo incipit v. 6. Quid autem illa: *Ὁυ θύλα γὰρ ἔμας ἔειπεν* (scilicet ante illud, quod in Macedoniam parò iter,) *ἢ παράδοξα ἰδοῦν κ. τ. λ.* nisi illum eiusmodi quid Corinthiis antea promississe, iam autem propositum ex parte mutasse supponas. Aliam quidem hęc conciliandam viam iniit cum **OECUMENIO** **THEOPHYLACTUS** in h. l. cuius explicatio huc redit: *Etiamsi non scripsi in priori Epistola, me ad vos venturum ante iter Macedonicum: studebam tamen & volebam venire ad vos, etiam priusquam Macedoniam inviserem; tamen abest, ut ex socordia inermiferim, quo minus ad vos venirem,*

nirem, ac non stare promissioni, ut potius prevenire illam ipsam voluerim. Sive ut paucis plura complectar: Plus, volui, quam scripsi. Quæ uti ex THEODORETO haustæ sunt, ita sua a CHRYSOSTOMO quoque hic didicit. Verum recte illis obiicit ESTIUS: Si Paulus voluit tantum, & non scripsit, neque per nuncium mandavit, (addo neque ore præfens promisit) id enim tantumdem esset, ac si scripsisset: quid opus erat, ut de eiusmodi voluntate seu proposito non impleto sese in Epistola tam operose purgaret? Ipse tandem CHRYSOSTOMUS in seqq. præsertim ad v. 23. probabilius esse censet: Paulo in animo fuisse, priusquam superiorem Epistolam scriberet, ad Corinthios se conferre: verum suadente caritate sese continuisse, ne eos incorrectos offenderet. Ceterum ex huius consideratione loci oritur quæstio difficilis æque ac necessaria, quo scilicet modo ista Corinthiis a Paulo data promissa, quibus tamen non stetit, cum supra (§. 5. not. 6.) demonstrata eius Θεοπνευσία conciliari queant. Vix enim hic sufficit respondere; Apostolo, cuius itinera ad propagandum Evangelium a Spiritu S. dirigebantur, utique sufficientes fuisse rationes, cur propositum mutaret, a nostro etiam dilucide expostas: cum semper recurrat quæstio, fueritne propositum istud a Spiritu S. ei suppeditatum, an minus? Prius asseri non potest; divinus enim, cui omnes eventus eorumque rationes inde ab æterno noti sunt, Spiritus non aliud, quam quod utique eventurum prævidit, ei inspirare debuit. Posterius autem si conceditur, sequitur Θεοπνευσίαν Pauli esse limitandam, eiusque verba ac conceptus mentis non semper nec ubique Spiritum S. agnoscere auctorem. Ut eiusmodi dubiis, quæ ex variis N. T. locis suberiri poterint, quod satis est, faciamus: Notandum, nos, cum supra §. 5. (b) Θεοπνευσίαν Apostolorum ipsiusque Pauli evicimus, notanter p. 29. & 31. eam imprimis illorum docendi populum officio tam ore quam scriptis vindicasse. Nec enim aliud quid consentaneum fuit sive œconomiz divinæ eiusque in propagando Evangelio fini ac scopo, sive ipsorum Apostolorum statui ac conditioni. Non

oeconomiae divinae : cum enim omnes omnino homines peccatum propria eorum culpa, qua intellectum, qua voluntatem, horrendum in modum corruerit; nemo certe mortalium, quamdiu hic degit, ex tanta, quam sibi contraxit, miseria penitus elactari potest; quin potius, quousque etiam in studio sanctimoniae progressus fuerit, non nisi per vivam in Christi iustitiam fidem, sanctitatem ex omni parte perfectam adeptum se esse fatebitur. Testatur hoc D. Paulus, ne se quidem ipso excepto, de facultate intelligendi scribens 1. Cor. XIII. 12. *Ἰδομεν γὰρ ἄρτι* (scil. in hac vita, in regno gratiae, id quod ex oppositione patet) *ὡς ἐστὶν ἐν ἀνύμνῳ, καὶ ἄρτι γινώσκω ἡ μέρη*; reliqua ad regnum gratiae reservat: *τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*, cetera. Nec minus qua voluntatem ἡ ἀμαρτία est *ὑπερβύτας* Hebr. XII. 1. Ipse enim Apostolus post tot pericula & labores, intra 20. annorum spatium Evangelii causa exanimatos, post exanimas tot Epistolas, reliquis a tergo relictis cunctis, iam *κατὰ σκοπὸν ἀπέκω*, ingenue tamen fatetur Phil. III. 12. *Ὅτι ἤδη ἔλαθον, ἢ ἤδη τετελείωκα* & v. 13. *Ἀδελφοί, ἐγὼ ἑμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατελιφέναι*. Ut alia eiusmodi loca taceam, siquidem ex his manifestum esse puto, ipsos quoque Apostolos salva *θεοπραγία* non nisi limitatas & conditioni humanae convenientes vires tam intelligendi quam volendi habuisse. Nec scopo divino in propagando Evangelio hoc adversabatur; non enim requirebatur, ut profus essent *ἀναμάετοι*, multo minus, ut omnia scirent, essentque per totum vitae cursum in factis, cogitatis, dictis infallibiles: sufficiebat, eos in Evangelio docendo ita esse comparatos, hoc enim solum reddidit doctrinam, quam ore & scriptis tradebant, fallere profus nesciam. Hac autem posita ac tot insuper miraculis confirmata, sapientiae divinae, quae haud inconvenienter, nec per saltum agit, nisi suadeat ratio summa, convenientius erat, qua reliquam vitae conditionem Apostolos non profus ultra humanam sortem elevare: convenientius, inquam, erat, hos N. T. doctores iisdem legibus subiectos (conf. 1. Cor. IX. 27. 2. Cor. XII. 7.) auditoribus ut totidem pro-

proponere exempla; sic enim officii sui admonitis nulla iam relicta erat excusatio. Sin autem Apostoli ex speciali gratia divina, qua intellectum, qua voluntatem, nullos sensissent defectus: haud fuisset auditoribus difficile ipsis obiiicere, longe eos meliori gaudere sorte, quam reliquos Christianos, quippe in ipsa vita per continuam & immediatam Spiritus S. virtutem infallibiles; adeoque frustra esse, ut aliis suum proponant exemplum. Quin ergo Apostolorum conditio, si modo doctrinam Evangelii stricte sumtam excipias, qua cetera cuncta fuerit humana, in his terris contra hostes non solum externos, verum etiam internos militans, consimilis Prophetarum V. T. e. g. Moiss, Deut. I. 37. coll. Num XX. 11, 12 Eliaz, I. Reg. XIX. 14. Jonaz, c. I. 3. c. IV. 1, 8. Jeremiz, c. XX. 14, sqq. qui tamen in officio prophetico erant *Φερόμενοι ὑπὸ τῷ πνεύματι* 2. Pet. I. 21. viz quisquam dubitabit: praesertim cum praeter loca iam citata non desint quoque exempla idiplum probantia. Sic Paulus & Silas *ἐπέβησαν κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύσασαι, καὶ ἔχ' ἑασθὲν αὐτῶς τὸ πνεῦμα* Act. XVI. 7. Qui quidem locus eo magis est notandus, quo clarior hunc inter & nostrum apparet parallelismus. In animo scil. tunc erat Apostolis in Bithyniam proficisci: aliter vero Spiritui S. visam est. Ut paucis omnia complectar, distinguere oportet inter Apostolos qua Apostolos, i. e. qua stricte sumtum eorum officium tradendi ac defendendi doctrinam Christianam; sic utique & esse debent & erant *Διόνους*, ac proinde etiam fallere nescii: & Apostolos qua homines, in statu gratiae constitutos; sic alios in sapientia & vita sanctimonia praecelluisse non negamus; nihil tamen humani ab illis alienum fuisse praecunte historia sacra concludimus. Si enim Iohannem sacrae docent paginae, sancto licet Spiritu impletum *ἔτι ἐν κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ* Luc. I. 15, 44. eodem magis crevisse & corroboratum esse Spiritu v. 80: nihil puto obstat, quo minus & idem de Apostolis afferamus, crevisse quoque illos sapientia & experientia spirituali magis & magis; quod sicut vel sola illa de Evangelio gentibus annuncians clare satis prodit historia Act. X. 9, seqq.



& 34. seqq. coll. c. XI. 1, seqq. ita & olim idem observavit, ac ex collatis inter se epistolis Paulinis probare contendit ORIGENES *Præfatione in explanationem Epistolæ ad Romanos*, quæ exstat T. II. Opp. Lat. p. m. 1324, sqq. Hoc enim sensu si capiatur, quæ fufius ibi differuit, admitti posse putamus: sin minus, cum eo quidem facere non possumus. Cum vero accessio & incrementum rei alicuius eius antehac supponat defectum: idem quoque de Apostolis extra munus docendi consideratis tuto asserere possumus; in docendo autem nec scientiam nec sapientiam divinam ipsis defuisse unquam, & supra demonstravimus, & infra quoque suis locis novis quotidie argumentis evincemus. Conf. e. g. mox dicenda, nec non in hac diff. §. 25. (b).

Ex iis, quæ iam dicta sunt, cunctis manifesto liquet, supra allegata aliaque N. F. loca *Θεοπνευσίαν* Apostolorum in docendo tam ore quam scriptis nullo modo destruere. Neque tamen hæc monstrasse nobis sufficere: experiamur, annon quoque ex his ipsis locis, quod forte cuidam *παράδοξον* videbitur, divina Apostolorum inspiratio evidenter adstrui queat. Afferit hic PAULUS, paratum se fuisse ad Corinthios iterata vice invisendum: neque tamen præstitit. Innuit D. LUCAS, Paulum & Silam paratos fuisse prædicare Evangelium in Asia proprie dicta Act. XVI. 6. Idem docet, tentasse eos *κατὰ τὴν βιθυνίαν πορεύεσθαι* v. 7. Utrobique addit rationem, cur istud sit omissum: *κωλυθήσεται*, inquit, *ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου*, & iterum, *καὶ ἐν ἡσασιν αὐτῶν τὸ πνεῦμα*. Quin idem hic *πνεῦμα ἅγιον* intelligatur ac in prioribus verbis v. 6. nemo iure potest dubitare: etenim spiritu maligno prohiberi se nunquam sustinuisset Apostoli; nec ventus quidam adversus in locis mediterraneis eos ab instituto facile avocasset. Divinus ergo Spiritus eos a proposito revocavit moxque docuit, quo potissimum iter suum instituerent v. 9. Notetur autem hic, velim, quod prona inde fluit consequentia: *primum* quidem *res facti* hic delineari, & quæ nulla ratione in dubium vocari possunt. Notetur quoque *deinde*, divinam in Apostolis inspirationem non omnem rationis usum

sustul-

sustulisse; quin potius permisisse Spiritum S. ut in eiusmodi rebus, ubi inspiratio immediata non prorsus erat necessaria; interdum agerent Apostoli secundum principia rationis, i. e. secundum id, quod rationi eorum illuminatae & sapientia spiritali instructae pro tempore visum est optimum. Quae ut saepius id elegit, quod Christus caput & auctor muneris ac legationis eorum eligi voluit; ita interdum a voluntate eius quaeque aberrabat, prout hic edocemur. Ubi simul notetur *porro*: non permisisse Spiritum S., ut ex suo tunc agerent arbitrio; sed divinam illis voluntatem mox revelasse. Tandem vel id observetur in primis: non in rebus fidei & doctrinae hae contigisse; sed facti. Nullus enim in toto N. F. codice occurrit locus, qui insinuet, id in quaestione fuisse; utrum doctrinam caelestem, an vero aliud quid nomine Christi hi eius legati populo traderent; nullum adest indicium, ignorasse Apostolos, quo modo & quibus verbis, sive ore sive scriptis, Christi proponerent mandata; nunquam dubitavit Apostolus, sive in Asiam & Bithyniam, sive Corinthum veniret, quin Evangelium verbis quoad *τὸ πᾶς καὶ τὸ τί* a Deo inspiratis ubivis doceret auditores: sed quicquid in quaestione venit, hoc potissimum erat, quo primum loco & ubi deinceps praedicaret, ac quorsum deinde pergeret; consultasne esset hoc tempore in Asia & Bithynia Evangelii annuntiandi causa morari, an pedem ulterius promovere; meliusne esset mox post datam priorem epistolam reprehensoriam Corinthum adire, an longius respicientiae spatium illis concedere? Et ecce in his quoque rebus muneris externis Spiritus S. non sivit errare Apostolos, aut quicquam praeter voluntatem Domini committere: sed vel immediata inspiratione ipsis suggerit, quid agendum, quid omittendum esset; vel alias circumstantias in subsidium vocatas ad hunc scopum direxit. Iam si in eiusmodi rebus muneris Apostolici *externis* tam providam eorum gessit curam Spiritus S., ne vel in puncto a scopo divino aberrarent: quantam non *internis*, quae proprie ad munus Evangelii rite obeundum pertinebant, operam ac curam cum impendisse creden-

dendum est. Perinde esse potest summo Imperanti, quando ad alium Principem mittit legatum, quo cum ministro status ac consiliario eius Regis de rebus domini sui primum, & quibus cum deinceps agat: sed id haud quaquam perinde esset, si aliud quid, quam in mandatis habet, vel si mandata ipsa alio modo, aliis verbis, quam quidem ei commissa essent, proponeret. Immo officium legati eo ipso transgredereetur, desineret esse legatus, summamque Principis sui offensam iure meretur. Perinde esse potuisset Christo Principi, quibus primum, quibus deinceps hominibus hi, quos ad universum genus humanum miserat legatos, Apostoli exposuissent mandata eius: ac id nequaquam aeque fuisset perinde, quid, quo modo, quibus verbis, nomine ipsius dixissent vel scripsissent. Immo officium legati profus fuissent transgressi, desissent esse eius Apostoli, maximasque poenas iure summo essent promeriti; si aliud quid, quam eius doctrinam eamque alio modo, aliis verbis docuissent, quam illis per Spiritum S. inspiratum iri promiserat.

Quod si ne illud quidem Christo perinde fuerit; quod si ne eorum quidem arbitrio has vel illas urbes ac gentes adire ipsis permissum, nisi Domino approbante; quod si in rebus muneris eorum externis aberrantes a voluntate Christi in viam retraxerit, immo, ne reapse errarent, providerit Spiritus S.; quanto id eum magis in internis fecisse credendum est; quanto igitur magis in doctrina, (sive viva voce instruerent auditores praesentes, sive in gratiam absentium, omnisque posteritatis aliquid scriberent) Spiritum Christi omnem profus cavisse errorem, ac res & verba his Domini legatis inspirasse, & ego iure maximo colligo, & mecum colligent omnes. Consequencia adeo clara est, ac sol cum lucet maxime.

§. 21.

Praemiserat autem Apostolus, dum Ephesi ageret, Titum cum alio fratre (Sila scilicet) ad Corinthios, (a) reliquasque Achaiae partes, ad promovendas collectas pro sublevatione sanctorum pauperum, qui versabantur Hieroso-

rosolyimis , 2. Cor. VII. 6, 7. collat. cum c. VIII. 6, 7. (b) qui χάρις istam προεξαξέμενος rerumque in Ecclesia Corinthiaca gestarum notitiam plenam adeptus, venit in Macedoniam ad Paulum. Mox autem ab ipsius adventu apud Macedonas, & quidem in urbe ipsorum primaria, *Philippis* (quod & ferunt MSS. codicum (c) ὑπογραφαί ) scripsit Paulus posteriorem hanc epistolam ad Corinthios , sub finem (ut videtur) anni æræ vulgaris LVII. (d)

(a) De hac celeb. Auctoris sententia, quod satis est, diximus in superioribus ad §. 11. & 12. pag. 71, 100. simulque notavimus, duplex Titi hoc tempore iter statuendum esse. Et ad prius quidem hæc a MILLIO prolata pertinent cuncta: ceterum an comites hac vice Titus habuerit, quot & quosnam? Scriptura tacente nos quoque ignoramus.

(b) Hic locus manifeste BARONIUM ad an. 58. §. 36. aliosque dissentientes plures erroris arguit: ostendit enim, altera iam vice Titum abiisse Corinthum, consummaturum scilicet, ea, quæ priori itinere προεξέτατο. Idem quoque confirmant v. 1-5. huius capituli coll. v. 1-5 c. IX. venienti enim Troadem Apostolo nondum præsto erat Titus c. II. 12, 13. sed nec in Macedonia c. VII. 5. quo tamen mox redibat Corintho v. 6. & ecce nunc rursus mittitur, postquam Macedonum summum erga pauperes Hierosolymitanos studium ipse iam præsens viderat Apostolus; ne forte cum Macedonibus mox in Achaiam venturus, Achæorum & Corinthiorum collectas nondum satis paratas deprehenderet. Sed & ex hoc ipso c. VIII. 18, 22. patet, duos itineris huius posterioris comites Tito fuisse adiunctos, de quibus nos ad §. 12. (b. c. d.) p. 73, seqq. pluribus iam egisse meminimus, nihil hic addentes, nisi quod Epistolam hanc per Titum missam fuisse tradant Versiones SYRIACA & COPTICA ac PROLOGUS Latinis Codd. præfixus, nullius præter eum, non Lucæ, non Barnabæ memores.

(c) Quotquot scilicet hanc ὑπογραφήν adiectam ostentant: deest autem in ALEXANDRINO, CLAROMONTANO, S.

etiam doctissimum MILLIUM aliosque viros laude nostra maiores permovit, ut istam post vincula Pauli priora demum scriptam esse, meliori iure contenderent. Quibus & nos morem gerentes, de his aliisque, quæ hac occasione disseruit clar. HERTZOG, infra ad §. 122. DEO volente, uberius disputabimus.

- (d) Ad tempus quod attinet, scriptam esse hanc Epistolam patet:
- 1.) Post priorem illam, quam habemus: ibi enim incestuosum Satanæ tradi iubet, 1. Cor. V. 3-5. in posteriore autem eundem serio dolentem recipi suadet, c. II. 6, 7, seqq. simulque prioris epistolæ manifestam iniicit mentionem v. 3. & c. VII. 8, 12.
  - 2.) Postquam Epheso Troadem, indeque in Macedoniam discesserat Apostolus 2. Cor. II. 12, 13. licet anno, ni fallor, eodem, Act. XX. 1, 2.
  - 3.) Ante ultimum illud, quod D. Lucas tradidit, iter Hierosolymitanum, c. XX. 16, seqq. iam enim Macedonum collectis paratis, Corinthiis, ut idem agant, auctor est, 2. Cor. VIII. & IX.
  - 4.) Paulo ante scriptam ad Romanos epistolam, adeoque toto triciano, antequam captivus Cæsarea navigaret Romam: id quod §. 26. (a) probabimus.

Ex hisce criteriis ipsum quoque annum in nexu itineris Paulini chronologico definire licebit. Quod sicut ex professo in *Diff. de Chronologia Annorum Apostolicorum* adveniente DEO propediem agere decrevimus: ita hoc loco aliorum Virorum doctissimorum sententias in diversa, ut solent, abeuntes, recensere contenti sumus.

Anno æræ vulgaris 52. hanc ad *Corinthios* moxque an. 53. illam, quæ sequitur, ad *Romanos* epistolam exaratam esse, putat LUDOV. CAPPELLUS in *Appendice ad historiam Apostol.* quæ inserta T. VII. *Crit. Sacr.* p. 3171, seqq. eumque secutus est IO. GEORG. PRITIUS *Introduct. in N. T.* p. 142. edit. quæ forma octava prodiit.

An. 51. exeunte 2. ad *Corinth.* & sequentis initio illam ad *Rom.* scriptam esse vult GUIL. CAVE in *Historia literaria Scriptorum Ecclesiasticorum* p. m. 5.

An. 54. utramque exaratam fuisse contendit IO. IAC. HOTTINGERUS in *Pentade Dissertationum Biblicarum*, quæ Ultraieci 1723. forma octava maiori prodit.

An. 55. de utraque id asseruit IO. HENR. ALSTEDIUS in *Thefauro Chronologico*, ubi p. 153. edit. Herborn. quo quælibet epistola prodit anno, in tabula ostendit. Idem sentiunt EDWARDUS SIMSON in *Chronico Catholico* P. VII p. m. 38. HENR. HAMMONDUS in *Annot. ad N. T. & SALOMO VAN TILL* in *Opere Analytico* sive in *Introductione in S. Scripturam* ad IO. HEIDEGGERI *Enchiridion*, quæ prodit Ultraieci 1720. Tom. II. p. 598. & 615. At SE-THUS CALVISIUS posteriori ad Corinthios hunc annum, illi vero, quæ ad Romanos data est, proxime sequentem tribuit, in *Opere Chronolog.* ad an. 55. 56. idemque facit IO. LIGHTFOOT in *Chronico*, ubi de ordine textuum N. T. agit, Opp. Vol. II. p. 80. & celeb. SAM. BASNAGE *Annalium Politico Ecclesiasticorum* T. I. p. 675. & 677.

An. 57. partim medio, partim exeunte, datam esse utramque statuunt IO. PEARSONIUS *Annal. Paulin.* p. 26. NATALIS ALEXANDER *Historia Ecclesiast.* T. III. p. 30. & 31. LUDOV. ELL. du PIN *Diff. Preliminair.* L. II. p. 48, 49. & Ven. IOACH. LANGIUS *Hist. Eccles. N. T.* p. m. 315, sq. edit. primæ 1722. At an. 57. exeunte 2. ad Corinthios, & initio anni 58. epistolam ad Romanos scriptam esse asserunt cum Celeb. MILLIO TILLEMONTIUS, *Memoires pour servir à l'Histoire Ecclesiastique, de six premiers Siecles* Tom. I. P. II. p. 619. & 623. IO. CLERICUS *Histor. Eccles. duorum primorum a Christ. N. seculorum* p. 397, seq. Ven. IO. ALB. FABRICIUS *Bibl. Græc.* L. IV. c. V. Vol. III. p. 123. eosque secuti recentiorum plures. Vid. Celeb. RUMPÆUM in *Commentatione Critica ad libros N. T.* p. 124. & 129, sq.

An. 58. utrique adsignant BARONIUS *Annal. Sæc. I. & XXXVI. & XLVI.* eiusque epitomiator SPONDANUS *S. XVII. & XIX.*

An. 59. qui 19. fuerit a conversione Pauli, utriusque natalem fuisse colligit FRID. SPANHEMIUS in *disquisitione Chronologica de anno conversionis Pauli Apostoli*, quæ altera est in eius *Quaternione Dissertationum historici argumenti*, p. m. 209. & 218. edit. Lugdun. 1679. Conf. ipsius *Introductio ad Chronologiam & Historiam sacram* p. m. 159. Tandem An. 60. utramque collocat Vir magnus IACOBUS USSE- RIUS *Annal.* p. m. 673.

## §. 22.

Neque enim sententiæ huic repugnat, quod Paulus de tertio adventu ad Corinthios scripserit 2. Cor. XII. 14. & XIII. 1. ideoque post hoc tempus, quod adventus secundi erat, epistolam videatur exarasse. Quippe verba de tertio adventu vel accipienda sunt de proposito Pauli ad Corinthios veniendi, non de adventu reapse facto; id quod fere indicat illud, *ἰδὲ τρίτον ἐτοίμως ἔχω εἰσεῖν πρὸς ὑμᾶς* 2. Cor. XII. 14. cui adde, quod c. I. 16, expresse dicitur Apostolum in hoc itinere bis ad Corinthios venire voluisse, per ipsos in Macædoniam transeundo, & e Macædonia rursus ad eos veniendo; ut adeo computato primo adventu, ter omnino venire paratus fuerit: vel forte dicendum est, Apostolum bis Corinthum venisse, antequam Ephesum peteret; *sedit enim ibi annum & sex menses* Act. XVIII. 11. & ibidem v. 18, adhuc *multos dies* ibi, vel in vicina aliqua parte Asiæ mansisse dicitur.

## §. 23.

Videtur igitur tunc Paulus non continuo Corinthi hæsisse, sed semel in vicina loca secessisse, vel ad prædicandum Evangelium (a) vel ob metum Iudæorum, de quo ipse 1. Cor. II. 3. *Ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos*, adeo ut Dominus nocte per visionem ipsi appa-

apparuerit, dicens: *Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propter quod ego sum tecum, & nullus nocere tibi poterit, A&. XVIII. 9, 10.* Timore itaque adactus (b) forte secessit in vicina loca, ibique Evangelium prædicavit, & iterum Corinthum rediit, sicque bis apud ipsos fuisse dici poterat. Neque mirum Lucam ista tacere, cum ipse tunc temporis Paulo non fuerit præiens, vel forsan haud putaverit id multum referre. Sane in epistola hac posteriori Apostolus multas passiones (c) enumerat, de quibus Lucas *εὐδὲ γὰρ* in A&. Apost. ut adeo ex eius silentio ad negationem rei procedere non liceat.

(a) Duas easque optimas locum 2. Cor. XIII. 1. interpretandi rationes Celeb. Auctor in his 55. dilucide exposuit. Aliam sententiam recenset CORNELIUS a LAPIDE in *Commentario* ad h. l. venisse scilicet Apostolum primo reipsa; secundo per epistolam priorem; tertio rursus reipsa venturum: qua tamen repudiata, ipse τὸ τρίτον de tertia vice sive adventu corporis secundum literam explicat. Rursus aliam nuper ingressus est viam Vir Clar. SCHOETTGENIUS in *Horis Hebraicis & Talmudicis in universum N. T.* ubi p. 723. h. l. ita interpretatur: *Primus adventus ad Corinthios erat ipsius Apostoli, alter per epistolam priorem, tertius per hanc posteriorem. Duo illi testes sunt epistola, quas Paulus ad Corinthios de veritate ministerii sui & falsitate Pseud-Apostolorum dedit. Idem iam ante eum dudum fecerat GUILIELMUS SCLATERUS, Anglus, in brevioribus suis in hanc epistolam notis, quas MATTHÆUS POLUS in Pref. ad Vol. V. Synopsis Critic. laudat. Sed & huic præiverat THEOD. BEZA in Annotat. ad h. l. & istis, ni fallor, cunctis SEDULIUS ille Scotus, qui Sec. VIII. aut certe IX. Collectaneum vel explanationem in Epp. S. Pauli ex Patrum scriptis consarcinavit. En verba eius in h. l. Primo, inquit, ad illos venit, quando ipsis presentialiter prædicavit: secundo voluit ire cum prima epistola, vel per ipsam epistolam: tertio quod paratus erat ire cum hac epistola,*  
vel



*vel PER HANC Epistolam , quod credibilis. T. V. P. I. p. 497. Biblioth. M. Patrum. Eo fere etiam IO. LOCKII explicatio in Paraphrasi huius epistolæ anglice edita Lond. 1706. redit, recensente IO. CLERICO, Biblioth. Chais. T. XIII. p. 102, sqq. Alii per τὸ τρίτον totidem epistolas a Paulo ad Corinthios datas intelligunt, quarum uti prima perierit, ita hæc posterior, ubi verba illa exstant, pro tertia haberi deberet. Hæc scilicet CHRISTOPHORI SANDII explicatio est, ut novum inde perditæ ad Corinthios epistolæ argumentum per vim extorqueat, in Nucleo Historia Eccles. p. 8. At Vir in antiquitatibus ecclesiasticis & re critica versatissimus, STEPHANUS LE MOYNE, in Notis in Varia Sacra p. 343. peculiarem, vel ut verbis Celeb. FABRICII in Codice Apocr. N. T. T. II. p. 921. not. i. utar, ingeniosam protulit coniecturam, sed a sententia Pauli baud dubie alienam: nempe Apostolum scribere, quod tertium iam veniat ad Corinthios, quia scilicet secunda hac epistola sat longa videretur, & qua iam addit (cap. XIII.) Apostolus, pro tertia haberi possint; licet prioris sine tamen appendix & pars ultima. Cuius tamen primus ille architectus non fuit: siquidem iam ante eum DANIEL HEINSIUS in Exercitationibus sacris ad N. T. eadem ipse licet dubius proferat. En verba eius: τὸ τρίτον τὸ ἐσχότατον πρὸς ὑμᾶς. Qua verba appendixem quasi quandam eorum, que dicta hæcenus fuere, præ se ferre videntur: quod qui non cogitarunt, ad corporis hæc retulere adventum. Alii binas epistolas, pro totidem ad illos itinoribus ab eo recenseri volunt: quod si verum, licet, ut hoc caput tanquam tertia & separata accipiatur epistola, & sic loquatur baud dubio, ut acriter urgeat, quod agit. Miror autem adeo sui hic oblitum esse HEINSIUM, ut non remiserit nos ad deperditam potius epistolam, quam ex hac posteriori duas sibi finxerit. Bene de interpretatione LOCKII Ven. IO. CHRISTOPH. WOLFIIUS in Curis Philol. Criticis ad h. l. Tota, inquit, interpretatio superstruitur vano fundamento, ac si per adventum Pauli ad scriptas epistolas respectus habeatur. Quod etiam de reliquis prolatis hucus-*

hucusque cunctis eodem iure valebit. Licet enim HEIN-  
SIUS contendat, nihil *usitatus* esse, *quam ut ἔρχομαι dicatur*  
*ὁ λέγων, ἢ ὁ λέγων μὲλλον qui dicit vel diciturus est*, cet: tamen  
a literali & usitatissimo phrasia huius significatu, qui rei quo-  
que ipsi totique contextui conformis est, cur discedamus, nul-  
la adest ratio. De corporis igitur adventu, quem illi repu-  
diant, verba Apostoli esse intelligenda, quilibet vel me non  
monente ex sola iam facta alterius sententiæ recensione collig-  
get. Sed & hic in diversa abeunt Viri docti: quorum alii de  
proposito Paulino hic solum sermonem esse; alii autem bis  
Apostolum Corinthum iam ante venisse, quam hæc scriberet,  
tertiumque hic promittere adventum contendunt. Ubi rur-  
sus in definiendo secundi adventus tempore haud exigua est  
difficultas. Aut enim dicendum est, Paulum, qui Ephesi  
*triennium* mansit Act. XX. 31. ibi non continuo hæsisse, sed in  
vicina quoque loca, simulque Corinthum altera tunc vice  
abiisse: aut statuendum, Corintho eum, ubi annum & menses  
sex moratus est, Act. XVIII. 11. aliquando etiam alio excurrisse,  
indeque Corinthum rediisse; ut adeo tertia iam vice illac ve-  
nerit per Macedoniam, quam sententiam Celeb. MILLIUS  
§. 23. probabilem reddere voluit: aut denique cum quibus-  
dam fingendum est, Paulum iam tum aliquando in Cretam  
profectum esse, ubi Titum reliquit, Tit. 1. 5. tumque *valde*  
*omnino probabile est*, eum vel *accedendo vel deserendo Cretam Pe-*  
*loponnesum attigisse, atque ita etiam Corinthios invisisse*, in-  
quit, MATTHIAS FLACIUS in *Glossa ad N. T.* p. 871.  
idque deinceps exinde vult confirmare, quod Apostolus Titum  
c. III. 12. *Nicopolim* evoect, ibique se hiematurum esse dicat:  
eo enim FLACIUS patat haud obscure indicari, Paulum ex  
Creta in Græciam aut Macedoniam profectum esse, adeoque  
simul Corinthum, quæ in Isthmo sita erat, pervenisse. Sed  
vereor, ne hoc tempore illam ad Titum epistolam scriptam  
fuisse magnus ille Vir Chronologis recentioribus & accuratis  
possit persuadere. Diximus hac de re §. 21. (c) paucis, reli-  
qua suo loco monēbimus. Singulis vero sententiis considera-

tis, fateor eam, quam primo loco exposuit MILLIUS, ob rationes §. 22. additas, tanquam planam & S. textui per omnia conformem præ ceteris placere. Plures habeo mecum consentientes IO. STEPH. MENOCHIIUM, IAC. TIRI-  
NUM, GUIL. ESTIUM, GEORG. CALIXTUM, ipsum GROTIIUM, magnum CALOVIUM, IO. CLERICUM, ceteros. Rationes, quæ me novent, sequentes sunt.

1) Tota itineris Paulini series, in superioribus hinc inde exposita, vix tertium quendam Apostoli ad Corinthios adventum admittit, quod ipse BEZA agnoscit l. c. Legat quoque, qui velit, historiam in Actis inde a primo Pauli adventu c. XVIII. 18. usque ad alterum, quem nos statuimus, alii vero tertium esse contendunt, c. XX. 1, 2. videatque quorsum illum reiciat: nos certe nondum invenire potuimus. Nec obstat regula: a silentio scriptoris non esse argumentandum. Lubentes enim concedimus, D. Lucam multa Pauli negotia reticuisse. At sicut silentium scriptoris nostram sententiam non satis confirmat: ita multo adhuc minus contra nos quicquam evincit. Sed & ex serie itineris & negotiorum Pauli nos colligimus, non ex solo scriptoris silentio.

2) Paulus ipse in epistola priori nullius profusus, præterquam primi sui adventus eiusque fere exclusive mentionem facit, quando scil. Crispum & Gaium &c. baptizaverat ac Evangelium docuerat, c. l. 14, seq. c. II. 1-4. ubi notentur verba: *κατὰ ἔλθων πρὸς ὑμᾶς, ἦλθον* cet. item *καὶ ἐγὼ ἐν ἀθηναῖς καὶ ἐν Φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῶ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς*, ut alia loca tacet. Quin potius removet eiusmodi adventum, qui esset quasi *ἐν παρεόδῳ*, c. XVI. 7. promittens se venturum, quando Epheso profectus Macedoniam pertransiret: quod etiam præstitit, paulo post alteram ad eos scriptam epistolam, Conf. §. 20. 21, (c, d) & 26. (a). Accedit, quod si Epheso ante datam priorem epistolam Corinthum profectus fuisset Apostolus: ipse utique præsens statum huius Ecclesiæ vidisset; ac proinde non scripsisset: *ἔδηλώθη μοι περὶ ὑμῶν, ὑπὸ τῶν Ἰλλύς, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῶν εἰσὶν*. 1. Cor. I. 11. Ergo ante datam  
prio

priorem epistolam Corinthum venisse iterum, & series kineorum & ipsa hæc epistola haud facile admittit.

3) Paulus epistolam posteriorem in Macedonia exaravit, eo enim Troade profectus erat 2. Cor. II. 7, 8. §. 21. (c). Ibi vero tantum abest, ut interea temporis Corinthum se venisse innuat, ut omnibus potius modis se excuset, Deumque testem invocet in suam animam, *ὅτι Φευδόμενος ὑμῶν*, inquit, *ΘΥΚΕΤΙ ἤλθον εἰς Κόρινθον* c. I. 23. Ergo nec ante posteriorem epistolam Corinthum altera vice adiit. Ergo, cum mox post datam hanc epistolam Corinthum ipse profectus, non tertia, sed altera iam vice venit.

4) Paulus in epistola posteriori & quidem capite & commata, quod dubium hoc comma proxime antecedit, nempe XII. 21. testatur se iam venturum esse non *τρίτον*, sed *ΠΑΛΙΝ ἔλθόντα*. De adventu corporis, non litterarum hic sermonem esse, manifeste ostendit versus proxime antecedens: alterum vero, non tertium innui adventum, ipsa verba confirmant, collata cum locis parallelis, 1. Cor. II. 1, seqq. Act. XVIII. 5, 6. Et ne aliqua contra phrasin *πάλιν ἔλθόντα* fieri possit exceptio, addit mox c. XIII. 2. *Προσέπηκα καὶ προλόγω, ὡς παρὸν ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ*. *Pradixi*; (c. XII. 21. & alibi) *Et adhuc pradico, velut altera vice apud vos futurus*; uti recte per enallagen *presentis pro futuro* explicat GROTIUS: utitur vero participio *presentis* Apostolus, quia adeo iam certus erat tam de adventu suo altero, quam de negotiis inter Corinthios gerendis, ac si iam *presentis* esset. Quodsi illam quoque enallagen respicis, poteris germanice ita interpretari: *Ich hab euch zuvor gesagt; und sage es euch zuvor, als wäre ich schon zum andern mal gegenwärtig*. Prius vero illud cum seqq. melius videtur posse connecti.

5) Ipse etiam Paulus, ne τὸ τρίτον illud cum ante allatis pugnet, clavem id feliciter interpretandi c. XII. 14. suppeditat: *ἰδὲ ΤΡΙΤΟΝ ΕΤΟΙΜΩΣ ΕΧΩ ΕΛΘΕΙΝ πρὸς ὑμᾶς*. Promiserat enim Apostolus altera se vice venturum Corinthum, ut inde post impetratam Corinthiis *τὴν δυνάμειν χάριτι*, ad ecclesias Ma-

cedonicas pergeret : promiserat quoque ibidem, e Macedonia reditum se Corinthum, adeoque tertia vice, ut ab illis in ludæam deduceretur. Prius illud præstare non potuit : ut enim sedato Demetrii tumultu Epheso profectus est, Act. XX. 1. haud ipsi concessum fuisse videtur, inde navigare Corinthum ; sed prima mox occasione arrepta, perrexit Troadem, 2. Cor. II. 12. indeque traiecit in Macedoniam v. 13. unde mox Titum cum hac epistola misit, vid. §. 20. & 21. Posterius vero, quod adeo τρίτον erat, & iam in animo habebat (τρίτον στόμῳς ἔχων) & paullo post datas has litteras reapse præstitit. Unde locum ita explicandum esse puto : τρίτον τῆτο, (ὁ στόμῳς ἔχων ἔλθῶν, vel etiam στόμῳς ἔχων) ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, cet. i. e. Tertium hoc paratus iam venio ad vos. Et ita explicuisse iam olim hunc locum Patrum Græcorum non paucos constat ex Codice ALEXANDRINO, sic enim ille legit : τρίτον τῆτο στόμῳς ἔχων ἔλθῶν cet. quocum & SYRUS consentit. Ac licet forte hoc interpretamentum ex iam citato commate 14. Cap. XII. additum sit : ostendit tamen, doctores eius ævi non paucos nobiscum hunc locum explicuisse. Credo & inde commotum fuisse MILLIUM nostrum, ut post recensitam hanc var. lectionem, mox adderet : *nempe haud tertio venerat Corinthum Apostolus, imo nec secundo quidem, nisi paullo post scriptam hanc ad Corinthios epistolam : sed iam tertium erat duntaxat, quod se pararet itineri ad ipsos, ac ingedurus sit.* Non ignoro eam, quam §. 22. exornandam suscepit sententiam, magni se nominis quibusdam commendare Viris, quos inter merito nominandus ERASMUS SCHMIDIUS; nec me latet, ipsum, cuius ex scriptis in hoc studio me quam maxime profecisse fateor, quemque magni semper facio, IO. ALB. FABRICIUM in Cod. Apocr. N. T. p 922. scripsisse : *his Corinthi grævis fuisse Apostolum constat ex 2. Cor. I. 16.* At uti non addidit Vir magnus, quo id modo ex hoc loco constat : ita nec illud ego perspicere potui ; qui prolatis iam sententiæ meæ rationibus, nemini quicquam cupio derogatum.

(\*) In superioribus quidem me dixisse memini, nihil humani ab Ape-

Apostolis fuisse in vita communi alienum: proinde nec omnem illis metum abiudicarem. Interim quod ad hæc loca, eorumque explicationem & applicationem subiunctam attinet, vix cum Celeb. MILLIO facere possum. Recte potius ex IOSUA ARNDIO monuit Ven. IO. CHRISTOPH. WOLFIIUS ad h. l. *Apostolum his verbis suam ταπεινότητα ορρονερε φασι κὶ Pseudoprophetarum & impostorum, non autem metum quendam servilem & trepidationem indicare voluisse.* Certe timore adactum Paulum in loca vicina secessisse, ex sacra in Actis c. XVIII. 1-18. historia colligere non possum. Nihil ibi de eiusmodi metu. Non ab initio muneris, quod Corinthi obibat: potius hæc deprehendimus; *Διελθὲν δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ ΠΑΝ Σάββατον* &c. v. 4. Non medio in cursu: venientibus enim Sila & Timotheo, *συνέειπεν τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος διαμαρτυρόμενος κ. τ. λ. v. 5.* cumque obsisterent ipsi Iudæi, his sine metu graviter increpatis, non alio migravit, sed mutavit domicilium v. 6, 7. Nec denique deinceps usque ad finem commorationis in hac urbe: ut enim ad tribunal Gallionis ducebatur, parabat defensionem v. 14. & hoc tumultu non obstante, mansit ibi *ἡμέρας ἑκαναὶς* v. 18. Quod vero eommate 9. legimus, dixisse illi Dominum: *Μὴ φοβῆ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσης:* tantum abest, ut probet, ob metum alio secessisse Paulum, ut potius contrarium ostendat. Tacebat iam quodammodo Paulus, vel potius ab illa sua *παρηγορία* aliquid remittebat; vel, si id quoque minus placet, tacitus iam animo secumolvebat, ad statum urbis perditissimum respiciens: maneretne diutius Corinthi, eiusque civibus Evangelium annuntiaret, an alio potius migraret. Sed & non absque metu hæc agebat. Sed quali? credendum ne, illum sic sibi metuisse a Iudæis, qui & hucusque semper ac ubivis se ipsis opposuerat, idque prorsus intrepide: & posthac ne quidem Hierosolymam ac Romam metuebat, ubi tamen extrema sibi quæque imminere noverat Act. XX. 22-24 c. XXI. 11. quin potius sanguinem & vitam pro Evangelio Christi ponere paratus, ab hoc proposito nullis se fidelium precibus dimoveri patiebatur, v. 13, 14. qui præ-

terea divina Evangelii, quod annuntiabat, convictione eaque maxima gaudebat; & denique, qui providam Christi Domini in semetipso toties iam expertus erat curam? Certe Domini, quæ sequuntur verba, aliud innuunt. Ita enim c. XVIII. 10. pergit: *Διότι ἐγὼ εἰμι μὲν ὁ σὺ, καὶ ἔδειξέ μοι ἐπιδηῆσαι σοὶ τῷ καιῶσαι σε· Διότι λαὸς ἐστὶ μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ* Quin dubia, quæ Paulo obversabantur, his illi verbis demere, ad eaque respondere voluerit Dominus, nullus dubito. Proinde ex istis colligo, secum animo reputasse Paulum: Prædicabo ne diutius Corinthiis cum fructu Evangelium, an alio forte placebit Domino, ut maiori cum fructu me vertam? Respondet Dominus: *Loquere & noli tacere, propterea quod Ego tecum sum*, meaue est voluntas, imo *propterea quod populus mihi multus est in hac urbe*. Videbat Paulus statum Corinthiorum, & præsentiebat spiritu mala in Ecclesia hac oritura: anxius ergo erat & sollicitus quam maxime de eiusmodi fundamento iam ponendo, quo ista aut penitus amoveret, aut certe, quantum fieri posset, illis occurreret. Confirmat eum Dominus, dicendo: *Noli timere - - - propterea quod Ego tecum sum*, tuosque etiam labores dirigo. Addit & hoc, de quo Paulus vel nihil, vel parum forte cogitavit, quippe suæ haud immemor vocationis, qua loco salarii, quod vocant, inter alia dictum erat: *Ἐγὼ ὑποδείξω αὐτῶν, ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὀνομασθῆναι με ΠΑΘΕΙΝ*. Act. IX. 16. simul tamen subiunctum: *Ἐξαιρέμενός σε ἐκ τῆς λαῶν καὶ τῶν ἔθνων, εἰς οὓς νῦν σε ἀποπέμψω* c. XXVI. 17. Addit, inquam, ex abundantia gratia sua Dominus: *Ego tecum sum* te conservans ac protegens, *καὶ ἔδειξέ μοι ἐπιδηῆσαι σοὶ τῷ καιῶσαι σε* quo mentem Apostoli forte non omni timore vacuam, (neque tamen ob Iudæos aliosque Evangelii hostes adeo trepidantem, ut Corintho eapropter secederet) in obeundo, quod hic susceperat, munere eo magis confirmaret. Taceo quod sententiæ Millianæ verbum *ΕΚΑΘΙΣΕ ΤΙ ΕΝΙΣΤΗΘΗΝ ΚΑΙ ΜΗΝΑΣ ΤΙΣ*, in proprio significato non faveat, sed obstat.

(c) Vid. imprimis 2. Cor. XI. 23-33. Sancta utique admiratione dignissimum, tot tantaque passum esse Apostolum ante vincula Romana

Romana priora, imo ante iter, quod iam primum parabat Hierosolytam, uti supra ad §. 21. (d) ostendimus. Quid non ibi, in mari, Romæ, ac per reliquum deinceps vitæ munerisque spatium expertus est? Quam ingens ad hunc catalogum fieri potuisset circa finem vitæ eius accessio? Quid si reliquorum Apostolorum *παθήματα* nobis cognita essent: crederesne istorum omnium malorum posse iniri mensuram? At Paulus ac reliqui Apostoli, quænam inde commoda huius sæculi & emolumenta nacti sunt? Quodnam avaritiæ, ambitionis, voluptatis pabulum? Ipse hoc nobis indicat Paulus 1. Cor. IV. 9-13. *Puto enim, inquit, DEUS nos ultimos Apostolos spectandos proposuit, ut morti addictos. Nam spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum: nos infirmi: nos ignominiosi. Ad hoc usque tempus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & incertis sedibus erramus, & laboramus operantes propriis manibus. Conviciis affecti bene precamur: quando nos persequuntur, sufferimus. Infamati precamur; tanquam purgamenta mundi facti sumus, & omnium ramentum nunc usque.* Quare, si propter CHRISTUM humanitatem non solum, sed ipsam quoque naturam hac in re exuentes, certe superantes, nihil quasi verunt aliud, quam ut eius doctrinam, quam ore & scriptis, quæ nostris iam manibus versamur, toti proponerent orbi; nec sua commoda, suam gloriam, sed eius tantum incrementa regni spiritualis eiusque gloriam, quem cruci dudum affixum noverant, promovere studuerunt: si nullis tormentis, ne ipsa quidem morte, ad quam trepidat orbis, illi vero centuplicem fere sustinebant, a suo dimoveri proposito, nec ipsi, nec quotquot eorum vere sequebantur doctrinam, poterunt: si illiterati, & sæculari, quod vocant, brachio prorsus destituti orbis tamen victores, ipsi a nemine vincendi, exstiterunt: si denique hostes eorum ipsi de his cunctis præbuerunt illis testimonium, ut adeo de veritate facti nullum supersit dubium: profecto nos doctrinam, quam illi scriptis comprehensam his prodigiis omnibus, imo vita & sanguine suo confirmarunt, ceu divinam iure  
sumus



summo accipimus; præsertim cum ne quidem cœcam a nobis fidem postulent ipsi, sed ad eandem potius convictionem, quam illi habuere, humana maiorem experiendam nos remittant. Verum & id quoque ex isthoc catalogo Paulino observemus oportet: quantum inter illos IESU Christi Apostolos nosque ipsos intersit discriminis. Nec enim mundus nec Sathanas hoc nostro tempore cum Christo in gratiam rediere: nec meliores iam hac in re factos esse quisquam credat. Eundem contra cives sub Christo militantes servat quotidie Sathanas θυμὸν μάγαν: eodem adhucdum mundus regitur spiritu; idem odium, idem veros Christi servos insectandi studium. Quodsi cum eo quasi in gratiam nos rediisse videamur: verendum profecto est, ne a tramite Apostolorum discedentes Christi quoque gratia excidamus.

## §. 24.

Cæterum rationes, quæ Paulum ad scribendam hanc epistolam impulere, cum plures fuerint, tum vero in primis malæ artes Pseudo-Apostolorum quorundam, qui doctrinam Christi adulterare, atque etiam Apostoli personam & auctoritatem modis omnibus deprimere conabantur. Hi sunt, quos redarguit, tanquam καπηλεύοντας καὶ δηλοῦντας τὸν λόγον, immiscentes scilicet doctrinæ Evangelicæ præceptiunculas suas Iudaicas. Hos vocat operarios subdolos, qui transfigurarunt se in Apostolos Christi: plurimumque verebatur, ne ipsorum versutia fidelium mentes abducerentur a simplicitate fidei ad ceremonias Iudaicas c. XI. 3. maxime quod ipsum apud Corinthios ceu hominem nihili repræsentarint, κατὰ πρόσωπον ταπεινὸν & cuius ἡ παρουσία τῶ σῶμματος ἀόρατος, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος, c. X. I, IO. (\*).

(\*) Licet vix ulla sit inter Paulinas, quin & reliquas N. F. epistolas, si illam ad Philemonem breviorum quidem ac solius fere Onesimi gratia exarata exceperis, ubi de falsis Apostolis, idque

idque saepius ex instituto non agatur: sola tamen hæc est epistola, quæ κατὰ ῥητὴν Ψευδαποστόλων eisdem nuncupat; ita enim Paulus 2. Cor. XI. 13. Οἱ γὰρ ταῦτα ΨΕΥΔΑΠΟΣΤΟΛΟΙ, ἀργαταὶ δόλοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς Ἀποστόλους Χριστοῦ, cet. Operæ igitur me pretium facturum esse existimo, cum tantam in omnibus fere ecclesiis ediderint stragem: si characteres & studia eorum brevibus delineavero. Egerunt hæc de te Viri magni nominis ac inter alios FRID. BALDUINUS *Comment. in b. l.* SALOMO van TILL in *Comment. ad 2. Cor.* IO. GEORG. NEUMANNUS in *peculiari Diff. de Pseudopostolis veteri ac recentiori Ecclesia infectis*; magnus ille IO. FRANC. BUDDEUS in *Ecclesia Apostolica sive Commentatione de statu Ecclesia Christiana sub Apostolis & Vener.* IOACH. LANGIUS in *Scriptis Exegeticis in N. T.* hinc inde. Quod ad eorum nomen sive vocem Ψευδαπόστολος attinet, patet illam qua originem suam adeo generalem esse, ut sub ista notatione omnes eius ævi ac sequentis doctores falsi, quatenus veris Iesu Christi Apostolis opponantur, possent comprehendī. Proinde tum Ψευδοπροφήται ac Ψευδοδιδασκαλοι illi, quos D. PETRUS 2. Ep. II. 1, 19, ac IUDAS delinearunt, quorumque characteres S. R. LANGIUS in *Exegetis Epistolarum Petri* latine exarata, quæ 1712. 4. prodiit, p. 670, 199, ad h. l. accurate ob oculos sistit, (conf. Eiusdem *Exegetis Epistolarum S. Ioannis* ad 3. Ioh. 7. 9, 10. p. 353. 359, seqq.): tum vel imprimis & isti Ψευδοπροφήται, qui portam ac viam vitæ, quam ipse CHRISTUS angustam esse docuit, tanquam latam & spatiosam auditoribus proponunt, a quibus ideo, tanquam rapacibus sub pelle ovina lupis, nobis ut caveamus, monuit Matth. VII. 13-27. Conf. qui de his egerunt perspicue, Viri de Ecclesia Christi longe meritiissimi PHIL. IAC. SPENERUS, AUG. HERM. FRANCKIUS & nostras ABRAH. WOLFIUS in sermonibus sacris in h. l. Hi, inquam, si vim vocis spectas, Ψευδαπόστολοι appellandi essent cuncti: neminem enim latet de falsis N. T. Doctoribus, non de falsis Prophetis, nec futuræ annunciantibus, hæc aliaque agere loca. Ut igitur

veri Iesu Christi legati & doctrina vere evangelica puri & vita sancti: ita falsi doctores tam doctrina quam vita impuri erant; adeoque *Ψευδαπόστολοι, ἐργάται* non veri, sed dolosi; non Christi, sed suam quarentes gloriam; non de animabus, sed de pecunia clam sibi suisque corradenda solliciti, notantibus CHRYSOSTOMO, HILARIO in *Opp. Ambrosii*, & THEOPHYLACTO in h. l. uno verbo, *ventri servientes* Rom. XVI. 18. *μεταρχματιζόμενοι* tamen *εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ*, reapse vero ministri Satanæ, latam illam, qua ipsi incedebant, ac spatiosam viam *εἰς τὴν ἀπώλειαν* docentes alios. Graviter de his TERTULLIANUS de *Prescription. Hæreticorum* c. IV. p. 204: *Quanam ista sunt, inquit, pelles ovium, nisi nominis christiani extrinsecus superficies? Qui lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli ad infestandum gregem Christi extrinsecus delitescentes? Qui Pseudoprophetae sunt, nisi falsi predicatorum? Qui Pseudo-Apostoli, nisi adulteri Evangelizatores?* Ast non abs re monere videtur Vir summus IO. FRANC. BUDDEUS l. c. p. 122. sqq. præeunte Theologo insigni HIERON. KROMAYERO, *Comment. in Epist. ad Galat.* c. 1. 6. & c. IV. 17. non ad quosvis falsos N. F. doctores respicere D. PAULUM in Epistolis ad Corinthios, Romanos, Galatas, Philippenes, sed ad certam quandam eorum speciem; quorum de doctrina & characteribus ibidem egit fufius. Ad eundem modum, sed, ni fallor, paullo accuratius hæc suis olim auditoribus explicuit magna quondam Academiæ nostræ decus, Vir in exegesi N. F. citra controversiam Excellentissimus GEORG. FRID. ROGALL, ingenti cum iactura nuper rebus mortalium exemptus; cuius ideo verba ex Collegio eius MSC. hic transferere haud pigebit, addito etiam discursu, quantum scilicet ex ore Viri beati auditores, (quos inter etiam Diss. huius Respondens egregie doctus fuit, qui hæc mecum communicavit) calamo excipere potuerunt: *Mibi, inquit, videtur, Pseudapostolos Corinthiorum tales fuisse: quibus de veritate religionis Christianæ convicti ad Christianorum sacra accesserant. Es hatten so viele gesehen, wie Christus Wunder*

der gethan, gestorben und auferstanden war; insonderheit aber, wie die Gaben des Heil. Geistes ausgegossen worden. Weil sie nun hierdurch convinciret waren, so wandten sie sich auch zu dem Christenthum. 2.) Fundamento tamen Christianismi genuino destituti rimas iugo Christi elabendi querebant: etenim ne cruce Christi premerentur, usque salva maneret apud mundum eorum fama, omnia tentabant, docebant alia, alia omittebant vel etiam penitus negabant; quo scilicet voti sui compotes redderentur. Die Conviction de veritate religionis Christiana machte in ihnen Schrecken und Begierde diese Wahrheit anzunehmen; sie kamen darüber etwa in einiges gesetzliches Schrecken, und wollten daher wohl mit Christen seyn; sie mögen auch zum Theil einen guten Anfang gemacht haben, daher sie denn zu der Gemeine admittiret wurden; sie müssen sich auch sonst fromm gestellet haben: allein sie wollten sich durchaus nicht in die rechten characteres Christianismi herunter begeben. Daher war 3.) genuinus eorum character die Menschen-Furcht und Menschen-Gefälligkeit: Denn sie wollten durchaus kein Creutz tragen; darumb gleichwie sie alle rimas suchten, dem Ioch Christi zu entstehen, und es vom Halse zu werffen: so wollten sie hingegen mit Allen, Läden und Heyden, in Freundschaft leben, und es mit keinem brechen, sondern nur mit ihrem guten Nahmen das Christenthum schmücken. 4.) Daher entstand nun alles Unglück, welches sie in Ecclesia stifteten. Denn weil sie in diesem Stück waren abgegangen, so giengen sie auch immer weiter ab. Inde igitur omnes eorum lites, errores, schismata ac hereses suam traxere originem: quemadmodum sua quoque dogmata ad hoc principium velut cynosuram instituerunt. 5.) In specie kamen aus dieser Quelle der Menschen-Gefälligkeit her ihre Lobren de necessitate legis Mosaiica. Denn die Läden verfolgten die Christen allenthalben am meisten: drum meynten sie, das beste Mittel, von diesem Creutze los zu werden, wäre; wenn man sagte, man müste das Gesetz mit den Läden halten. Ferner de libertate Christiana: denn da waren die Heyden ihnen im Wege. Wollten sie nicht Götzen-Opffer essen, so spotteten ihrer die Heyden:

den: daher dachten sie; ein Götz ist nichts in der Welt, drum  
 laßt uns mit essen. Gleicher Maassen de religione Christiana  
 schemata Philosophico ornanda: solches kam daher, sie wollten  
 Brodt mit dem Christenthum verdienen. 6.) Hinc Pauli quoque  
 auctoritatem, qui illis se quam maxime opposuit, deprimere ten-  
 sabant, Petri & Iacobi auctoritate quam maxime in contrarium  
 pugnantes. Paulus war ihnen insonderheit sudes in oculis:  
 denn a) war er ihnen vorietzo der nächste. Die andern Apo-  
 stel waren zum Theil weit in fremde Länder verreisert, einer in  
 Arabien, ein ander in Persien, anders noch weiter hin: Paulus  
 aber reiserte gleichsam mit ihnen in Griechenland und Asien her-  
 um. b) Die übrigen Apostel, weil sie mehrentheils bloß mit den  
 Jüden zu thun hatten, gaben den Jüden viel nach: Paulus aber,  
 der mehr mit Heyden als Jüden zu thun hatte, gab nichts nach.  
 Derwegen verkleinerten ihn die falschen Apostel, und zwar aus  
 diesem Grunde: Paulus wäre nicht ἀνθρώπος und ἀνθρώπος Chris-  
 ti gewesen, folglich sey er auch geringer als die andern Apostel.  
 Sie warffen ihm vor, daß er in seinen Briefen zwar so groß  
 thun könne: aber in praesentia seine eigene Auctorität nicht zu  
 maintainiren wisse &c. Daher fand Paulus nöthig alldiew das  
 Gegenheil zu zeigen. Conf. doctissimus VIERINGA in Observat.  
 sacris L. IV. c. VII. Hucusque à μαωαρίτης, qui utri-  
 nam his alis que, quæ uberrimo cum fructu docuit, ultimum  
 imponere manum potuisset ipse. Quod autem de fuga crucis  
 Christi, & studio placendi non Christo, sed hominibus hic  
 protulit tanquam genuino Pseudapostolorum caractere, imo  
 fonte, unde reliqua fere cuncta promanarint: illud ex parte  
 agnovit quoque olim PRIMASIUS in h. l. Subditus, inquit,  
 operarius aliud fugio, aliud ago, & habitu simplici predicationis  
 Christi rapacitas belluina concegitur: tales, ut placeant, &  
 placendo accipiant, necesse est, ut adulentur, & adulando decipi-  
 ant, illa dicentes, quæ placeant, non quæ expediant audientibus.  
 T. VI. P. II. in Biblioth. M. Patrum p. m. 76. Eadem profus  
 habet Auctor Comment. in Epp. Pauli, quæ exstant T. IX Opp.  
 HIERONYMI. Ad eandem metam, propius tamen, collib-

navit GROTIUS, cum de Pseudapostolis ad Rom. XVI. 19, ita disseruit: *Nimirum isti homines duo spectabant; primum, ut semet & alios Christianos liberarent a cruce; nam Iudeis ab antiquo promissa erat per imperium Romanum sue religionis libertas, non item Christianis. Deinde ea ratione Iudeorum sibi amicitiam, & inde utilitates parabant. Hoc autem noterat Apostolus non ex coniecturis solum, sed distans etiam Spiritu S. Et quamvis hac ceu temere & per σοχασμὸν solum dicta perstringat CALOVIUS; recte tamen eum sensisse pronuntiat Ven. IO. CHRISTOPH. WOLFIUS ad h. l. *Grotius, inquit, RECTIUS refert ad illos, qui gentibus, ad Christi sacra conversis, legis Mosaiica iugum AD CONGLIANDOS SIBI IUDÆOS & AVERTENDAS GALAMILATES imponere conabantur.* Certe ipsum Paulum videmus obiter Pseudapostolis utrumque, tanquam principium ac fontem, ex quo legem Mosaicam urgerent, Gal. VI. 12. *Quicumque, inquit, voluit speciosus apparere in carne* (ἐν πρεσβυτησίᾳ ἐν σαρκὶ bene CHRYSOSTOMUS per εὐδοκίμων κατὰ ἀσθενέας explicat; notante MILLIO ad h. l. eumque sequitur THEOPHYLACTUS, plura vero de huius phrasos sensu Ven. WOLFIUS docet) *si cogunt vos circumcidi, tantum ne cruce Christi persecutionem patientur.* adde v. 13. Et adhuc sub iudice lis est, annon eodem quoque respectu vocet illos ἐχθρὸς τῷ σωτηρίῳ τῷ Χριστοῦ, Phil. III. 18. Ita certe locum explicant CHRYSOSTOMUS & THEOPHYLACTUS: licet malit cum THEODORETO CALOVIUS de ipsius Servatoris passione & merito hanc intelligere; qui tamen addit, posse ibi utranque explicationem coniungi. Ut adeo recte colligatur, ex hoc principio & Iudeis & Gentilibus & sibi metipsis indulsisse Pseudapostolos.*

## §. 25.

Hac de causa Apostolus, plus, quam alias pateretur Christiana modestia, ut in ἀσθενίᾳ (a) munus suum fuisse predicat, immensos labores Evangelii propagandi causa

den: daher dasjenige so; ein Götzte ist nichts in der Welt, drum  
 laßt uns mit essen. Gleicher Maassen de religione Christiana  
 schematis Philosophico ornanda: solches Raus daher, so wollen  
 Brodt mit dem Christenthum verdienen. 6.) Hinc Pauli quoque  
 auctoritatem, qui illis se quam maxime opposuit, deprimere sen-  
 sabant, Petri & Iacobi auctoritate quam maxime in contrarium  
 pugnantes. Paulus war ihnen insonderheit sudes in oculis:  
 denn a) war er ihnen voritzo der nächste. Die andern Apo-  
 stel waren zum Theil weit in fremde Länder verreiset, einer in  
 Arabien, ein ander in Persien, andere noch weiter hin: Paulus  
 aber reiset gleichsam mit ihnen in Griechenland und Asien her-  
 um. b) Die übrigen Apostel, weil sie mehrendtheils bloß mit dem  
 Jüden zu thun hatten, gaben den Jüden viel nach: Paulus aber,  
 der mehr mit Heyden als Jüden zu thun hatte, gab nichts nach.  
 Derwegen verkleinerten ihn die falschen Apostel, und zwar aus  
 diesem Grunde: Paulus wäre nicht ἀνώτατος und ἀνώτατος Chris-  
 ti gewesen, folglich sey er auch geringer als die andern Apostel.  
 Sie warffen ihm vor, daß er in seinen Briefen zwar so groß  
 thun könne: aber in praesentia seine eigene Auctorität nicht zu  
 maintainiren wisse &c. Daher fand Paulus nöthig allhier das  
 Gegenheil zu zeigen. Conf. doctissimus VITRINGA in Observat.  
 sacris L. IV. c. VII.

Hucusque ὁ πρῶτος, qui utri-  
 nam his alisque, quæ uberrimo cum fructu docuit, ultimum  
 imponere manum potuisset ipse. Quod autem de fuga crucis  
 Christi, & studio placendi non Christo, sed hominibus hic  
 protulit tanquam genuino Pseudapostolorum caractere, imo  
 fonte, unde reliqua fere cuncta promanarint: illud ex parte  
 agnovit quoque olim PRIMASIUS in h. l. Subdulus, inquit,  
 operarius aliud fingit, aliud agit, & habitu simplici predicationis  
 Christi rapaciter belluina conregitur: tales, ut placeant, &  
 placendo accipiant, necesse est, ut adulentur, & adulando desipiant,  
 ille dicentes, qua placeant, non qua expediant audiant.  
 T. VI. P. II. in Biblioth. M. Patrum p. m. 76. Eadem profus  
 habet Auctor Comment. in Epp. Pauli, quæ exstant T. IX Opp.  
 HIERONYMI. Ad eandem metam, propius tamen, coll-

venit GROTIUS, cum de Pseudapostolis ad Rom. XVI. 19, ita disseruit: Nimirum isti homines duo spectabant; primam, ut semet & alios Christianos liberarent a cruce; nam Iudæis ab antiquo promissa erat per imperium Romanum sue religionis libertas, non item Christianis. Deinde ea ratione Iudeorum sibi amicitiam, & inde utilitates parabant. Hoc autem noterat Apostolus non ex coniecturis solis, sed distante etiam Spiritu S. Et quamvis hac ceu temere & per σοχαρισμὸν solum dicta perstringat CALOVIUS; recte tamen eum sensisse pronuntiat Ven. IO. CHRISTOPH. WOLFIUS ad h. l. Grotius, inquit, RECTIUS refert ad illos, qui gentibus, ad Christi sacræ converfis, legis Mosaica iugum AD CONCILIANDOS SIBI IUDÆOS & AVERTENDAS CALAMITATES imponere conabantur. Certe ipsum Paulum videmus obviare Pseudapostolis utrumque, tanquam principium ac fontem, ex quo legem Mosaicam urgerent, Gal. VI. 12. *Quicumque*, inquit, *volunt speciosi apparere in carne* (ἐν προσωπίσιν ἐν σαρκί) bene CHRYSOSTOMUS per ἰνδοκμαίῳ καὶ ἀσθενέσσι explicat; notante MILLIO ad h. l. eumque sequitur THEOPHYLACTUS, plura vero de huius phrasıs sensu Ven. WOLFIUS docet) *si cogitis vos circumcidi, tantum ne cruce Christi persecutionem patiantur*. adde v. 13. Et adhuc sub iudice lis est, annon eodem quoque respectu vocet illos ἐχθρὸς τῷ σωτῆρι τῷ Χριστῷ, Phil. III. 18. Ita certe locum explicant CHRYSOSTOMUS & THEOPHYLACTUS: licet malit cum THEODORETO CALOVIUS de ipsius Servatoris passione & merito hæc intelligere; qui tamen addit, posse ibi utranque explicationem coniungi. Ut adeo recte colligatur, ex hoc principio & Iudæis & Gentilibus & sibi metipsis indulisse Pseudapostolos.

## §. 25.

Hac de causa Apostolus, plus, quam alias pateretur Christiana modestia, *ὡς ἐν ἀποστολίῳ (u)* munus suum fuisse predicat, immensos labores Evangelii propagandi causa



susceptos commemorat, visiones ac revelationes sibi factas describit; illud denique modis omnibus agit (ad obturanda ora istorum Pseud-Apostolorum) ut Apostolatus sui veritatem, & originem divinam demonstret, *Ex sinceritate*, inquit, *sicut ex DEo, coram DEo, in Christo loquimur* c. II. 17. (b) *DEus idoneos nos fecit ministros N. T. c. III. 6. Non nosmet ipsos predicamus, sed IESUM Christum Dominum nostrum* c. IV. 5. *Pro Christo legatione fungimur, tanquam DEo exhortante per nos* (c) *obsecramus &c.* c. V. 20. (d).

(a) Ita scilicet D. Paulus ipse pronunciat c. XI. 17. coll. v. 1. & 21. partim ad Pseudapostolos istos, partim ad Corinthiorum quosdam respiciens, quos vel seductos, & præiudiciis, ut vocant, occupatos, vel veras huius gloriationis Paulinæ causas ignorantes eiusmodi iudicia de hac eius apologia iustissima laturos esse noverat. vid. Ven. WOLFII sæpius laudatas *Curas Philol. Crit.* ad 2. Cor. XI. 16. Nos autem DEO agamus gratias, quod iniuriis & calumniis Pseudapostolorum coactus ex impulsu Spiritus S. ista quoque consignaverit Apostolus cuncta: ne præclara huius Epistolæ parte, indeque in nos redundante fructu, destitueremur. Cæterum etiam hæc non ἐν ἀφροσύνη, sed tantum ὡς ἐν ἀφροσύνη scripta fuisse; ut ostenderet Apostolus, nihil prorsus esse, de quo gloriari possent Pseudapostoli, quibus ille in rebus quoque exterioribus, puta genere, eruditione, auctoritate, afflictionibus Christi causa toleratis plurimis, ceteris, non par modo, sed etiam superior esset: arguit, præter universum epistolæ huiusque capituli nexum, imprimis v. 16. Πάλιν λέγω, μή τις με δόξη ἀφροσύνῃ εἶναι· εἰ δὲ μήγε, καὶν ὡς ἀφροσύνῃ δέξασθε με. κ. τ. λ. Iterum, inquit, dico, quæ iam ante v. 1. 5, sq. & 12. dicere cœperam, & quidem eam ob rem, ne verba illa ex studio iactantiæ cuiusdam vanæ ac stultæ mihi præter mentem excidisse putetis. Quod si tamen credere nolitis, studio me ac prudenter vestri κατ' ἀνθρώπων convincendi gratia & haud quidem mei ipsius honoris cupidum, verum Evangelii, quod vobis annunciavi,

munerisque Apostolici, quorum utrique detractum cupiunt adversarii, vindicandi causa ita argumentari; sed insipienter agere putetis: patiar & id libenter, attamen vel sic velut desipientem me audite, accipite argumenta mea, & qui adversarios adeo patienter tulistis, ut nihil supra, tolerate, ut in meam quoque laudem paucula non ficta, sed vera c. XII. 6. coactus v. 11. proferam. Proinde quæ iam loquor in hac præfidenti gloriationis meæ de vobis fiducia, (uti vertit ERASMUS SCHMIDIUS) non dico vobis SECUNDUM DOMINUM, tanquam ex inspiratione Domini, & ex ea, quam mihi dedit auctoritate Apostolica, siquidem hæc a quibusdam in dubium vocatur; non id postulabo, ut verbis hisce meis, tanquam ipsius Domini, (qualia etiam utique sunt) sine prævio examine fidem habeatis: sed loquar κατ' ἀνθρώπων, imo velut desipiens (quoniam vestrum quidam hæc lecturi ita de me sentient); atque vel sic tamen de Pseudapostolis κατὰ σάρκα gloriantibus reportabo victoriam. Ita fere THEOPHYLACTUM hæc verba explicuisse deprehendo: qui tamen, si ex mente CHRYSOSTOMI, quem alias fere sequitur ubivis, æstimandus est, in quibusdam a nobis discedit. Non moror explicationem quorundam Patrum, qui licet hanc gloriationem Paulinam, tanquam veram, sed simul coactam excusent; quin & in eo consentiant, Paulum se non reapse, sed tantum ex sententia Corinthiorum desipientem dicere: innuunt tamen, vix secundum DEUM hic loqui Apostolum, quia ad carnis tumorem hæc pertinent; & quoniam elatio vitiosa res est, ideo quamvis verum sit, quod dicitur, insipientiam tamen ex parte esse unumquemque se laudare. Ita v. 17. explicare sustinuit HILARIUS in *Opp. Ambrosii* T. V p. m 318 eoque etiam collineare videntur PRIMASUS in *Biblioth. M. Patrum* T. VI. P. II. p. m. 76. & *Auctor Comment. in Epist. Pauli*, quæ exstant T. IX. *Opp. Hieronymi* p. 278. quin & ipse CHRYSOSTOMUS in h. Quodsi vero ita interpretemur verba Apostoli, ut supra ostendimus: plana, ni fallor, sunt omnia, nec ex istis: ὁ λαλῶ, ἢ λαλῶ κατὰ κύριον, quicquam

contra Θεοπνευσίαν sive huius capitis sive gloriationis Paulinæ ulla sub specie veri nobis obiicietur. Ita vero atque esse explicanda, non una suadet ratio. Recte THEOPHYLACTUS in v. 1. huius capitis, ipso ibi præeunte ei CHRYSOSTOMO: *Qui enim, inquit, priorum peccatorum meministi, a quibus per baptismum liberatus eras; qui etiam indignum sese Apostolatus nomine censeres (1. Cor. XV. 9, 10.); qui contra necessitatem, queso, de seipso magna predicaret?* Addimus: qui in hoc ipso capite adeo graviter pronunciat: ἔστιν ἀλήθεια θεῶν ἐν ἡμῶν v. 9. qui Pseudapostolos adeo emphatice reprehendit, ut nil supra, eisque os obturat, prætextu gloriandi amputato; qui ipsos quoque Corinthios increpat, eo quod alium iam spiritum acceperant, quam divinum, cuius ante per se ipsum compotes facti erant, v. 4. qui, queso, ille in hac epistola, imò in hoc ipso capite, quicquam illis scribere sustineret, suo, non divino Spiritu distante. Sed & qui mox ipse manifeste pronunciat: *Καυχῆσθε μὴ ἐν σπουδαῖς μου, c. XII. 1. & adhuc clarius; si vultero gloriari, οὐκ ἔσομαι ἄφρων, ἀλήθειαν γὰρ ἔχω v. 5; porto cui iam ante datus erat σφάλμας τῆς σαυῆς, non alium in finem, quam ne eminentissimis istis revelationibus efferreretur; qui denique & hoc ipso tempore Galatis scribens gravissimis verbis pronunciat: Absit prorsus a me gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Gal. VI. 14. & in hac quoque gloriatione bis hanc sibi regulam præscripsit: Si gloriari oporteat, libentissime gloriabor potius de infirmitatibus meis, ut in me tanquam in tabernaculo inhabitet gloria Christi; addens, DEUS ES Pater Domini nostri Iesu Christi benedictus in secula novit, me non mentiri c. XI. 30, 31. c. XII. 9. quomodo ille Apostolus Christi, Θεοπνευστος existens, potuit eo ipso, quo hoc scriberet, momento, nisi κατὰ Κύριον gloriari? Confer. omnino 1. Cor. I. 29, 31. & 2. Cor. X. 17. & quomodo etiam, nisi κατὰ Κύριον idem scribere? Proinde haud in his quicquam, quod cum Θεοπνευσίᾳ pugnet, nihil prorsus. Notamus simul obiter, REMIGIUM illum, cuius extant *Explicationes in Epp. Pauli,**

Pauli, in Biblioth. M. Patrum T. V. P. III. p. m. 919. vel forte potius HAYMONEM, in hoc Commentario, 16. huius capituli XI. commata plane omisisse, scilicet inde v. 3. ad v. 19. aut ergo lacuna laboravit eius MSC. aut ipse in suo Codice hæc forte desideravit: vix enim crediderim, studio præterisse illa cuncta, quæ propter nexum cum commate 19. ne quidem prætermitti debuere.

(b) Non vero viva solum voce, EX DEO, CORAM DEO, IN CHRISTO, sed in hac quoque epistola locutum esse Apostolum, patet ex iis, quæ iam not. (a) diximus. Ita scilicet nihil prorsus ponit discriminis inter ea, quæ loquebatur, docendo populum, & quæ scribebat: ut ea; quæ iam scribit, in ipso scribendi constitutus actu, se non γράφω, sed λαλῶν claris dicat verbis, 2. Cor. XI. 17.

(c) Quando igitur Paulus obsecravit auditores, Christus DEUS eos per illum exhortabatur: atqui Paulus obsecravit eos non viva solum voce, sed per hanc quoque epistolam tanquam absens: αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραΰτητος καὶ ἐπιεικείας τῆ χειρῶν, 2. Cor. X. 1. Ergo Christus DEUS illos per Paulum in hac quoque epistola exhortatus est; ac proinde hæc epistola a Christo per Paulum profecta est, adeoque divina & Θεοπνευστος. Ad sunt & alia loca plura, e. g. 2. Cor. III. 5, 6. Ἡ ἰκανότης ἡμῶν ἐκ τῆ Θεῶν ὅς καὶ ἰκάνωσεν ἡμᾶς διακόντες κενῆς διαθήκης, ἢ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. Antea questionem quasi moverat: πρὸς ταῦτα τίς ἰκανός; c. II. 16. coll. v. 14, 15. ad quam hic respondet pathetice, simulque ostendit, N. F. διακονίαν, ad quam obeundum DEUS eum idoneum fecerat, gloria multum præcellere διακονίαν Mosaicam: At cum huius minister Moses ex ipsa Iudzorum confessione summum Θεοπνευστίας in V. T. gradum obtinuerit; quis inde non colliget, Paulo & reliquis N. F. Apostolis idem Θεοπνευστίας donum, qua vivam vocem, qua scripta, longe maiori iure tribuendum esse? Cap. XIII. 3. Experimentum queritis τῷ ἐμοὶ λαλῶντος χειρῶν quibus verbis adde v. 6. item v. 8. & 10. Qualia autem illa, quæ c. I. 18, sqq. de Evangelio Iesu Christi

At per se, Silvanum & Timotheum Corinthiis annuntiato, tanquam fallere prorsus nescio, verbis maxime emphaticis proposuit: quaque porro c. XI §. & deinceps, de dignitate ac praesantia muneris sui Apostolici summa ex iustitate nos docet. Ne dicam c. X. 19. mentionem fieri canonis Apostolici in Ecclesia Corinthiorum: *Speramus, inquit, fore ut crescite fide vestra in vobis amplifecimur secundum CANONEM nostrum ad exundantiam usque.* De acceptione vocis *Kαὶ* h. l. vid. Ven. WOLFIUS: confer. quae §. 192, sqq. ex professo dicenda sunt. Ceterum praeter hanc & reliqua *ἑσπευστος* indicia, quae pro ipsa hac epistola militant, alia quoque pro aliis N. F. libris exinde promere licet argumenta, quorum nos duo commemorabimus. *Prius* ad epistolas Paulinas in genere pertinet, de quibus iam ita licet argumentari. Si *λόγος* i. e. viva vox Pauli in tradenda doctrina Christiana, ex locis supra allatis, & ipsorum adversariorum confessione, (verba SPINOZÆ allegata vid. §. V. (b) p. 32.) fuit *ἑσπευστος*, quem tamen Pseudapostoli, quique ab iis decepti erant, nihil faciebant, 2. Cor. X. 10. *ὁ λόγος ἐξυθενήμιος*: quanto magis colligere debemus, epistolas, Evangelii causa ab eo datas, esse a Domino inspiratas, quippe quas graves fuisse ac validas, ne ipsi quidem Pseudapostoli poterant diffiteri: *ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, Φησὶ, βαρῆσαι καὶ ἰσχυραὶ.* Item c. XI. 6. Paulus de se dicit ipse: *Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῶ λόγῳ*, adeoque id certo respectu concedit; vel potius negat, de eo se cum adversariis velle contendere. Addit vero notabiliter admodum: *ἀλλ' ἐ τῇ γνώσει π τ. λ.* quibus divinam sibi in obediendo munere scientiam certo certius adstruit, praesertim si conferantur cum aliis locis supra p. 33, sqq. allatis. Erat enim haec scientia σοφία Θεῷ ἐ μυστηρίῳ ἰπσὶ revelata per Spiritum S., 1. Cor. II 7, 10. Erat scientia τῶν τῶ Θεῷ v. 11. imo τὰ βῆθη τῷ Θεῷ concernebat v. 10. quae nemo alias noverat, nisi solus Spiritus DEI v. 11. qui vero Paulo & reliquis Apostolis hac revelatas, ut cognoscerent, quae ἰπσῖς a DEO essent concredita, v. 12. Et haec, inquit, non alia, καλῶτερ LOQUIMUR ore & SCRIPTIS (non enim voce

vocē λαλῶν uti Paulum, patet ex 2. Cor. XI. 17, 23. aliisque locis plurimis, conf. quæ paullo ante (a) (b) diximus. Quomodo autem scribit? Resp. ἐν δὲδασίῳ πνεύματος αἰγίῳ λόγοις v. 13. ne aliis quidem usus verbis, quam quæ docet Spiritus S. *Aliam* epistolam priorem speciatim concernit, cuius auctoritatem divinam & Apostolicam plus simplici vice Paulus in hac confirmat.

(d) Uti prioris, ita huius quoque posterioris ad Corinthios epistolæ canonicam auctoritatem primava mox agnovit Ecclesia. Nihil iam dicam de *Interpolatore Epistolarum* IGNATH, licet a quibusdam ad sæc. II. medium eundem referri hæud ignorem: quisquis ille, ac quocunque demum vixerit ævo, certe hæc aliaque N. F. scripta plura eum plus simplici vice allegasse docet ἀναψίχα. POLYCARPUS vero, cuius ad Philippenfes Epistola maiorem fidem & auctoritatem in universo fere orbe literato obtinuit, non solum §. V. ex *priori epistola* cōmma 9. cap. V. allegavit: sed & §. VI ita scribit: Προνοῶντες αἰὶ τῷ καλῷ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, quæ verba ex 2. Cor. VIII. 21. eum sumsisse nullus dubito. Ne MARCIONEM quidem ausum fuisse vim ipsi canonicam denegare, iam ad §. 5. & 14. p. 35. & 92. observavimus. Quid vero clarior est testimonio IRENÆI L. IV. c. XLVII. p. m. 349. Nam, inquit, ὁ Ἀπόστολος αἶπ, in *EPISTOLA SECUNDA AD CORINTHIOS*: Quoniam Christi suavis odor sumus DEO, in his, qui salvantur, cetera ex 2. Cor. II. 15, 16. Et L. V. c. XIII. p. 419. demonstraturus corpora nostra fore secundum Domini operationem immortalia, id facit ex 2. Cor. IV. 10. Et propter hoc αἶπ in *SECUNDA AD CORINTHIOS*: ut absorbeat morsale a vita &c. ut taceam, quæ in solo hoc capite ex eadem epistola allegat alia testimonia duo, alibi vero plura. Idem quoque ALEXANDRINUM fecisse CLEMENTEM deprehendimus. En ex quindecim, quæ allegare possemus, locis potiora: L. II. *Paidegog.* p. m. 176. Σαφῆστατα τῆτο ἀπέδειξεν ὁ Ἀπόστολος ἐπὶ πάντων τῶ Θεῷ χάρις τῶ πάντοτε θρημαθούοντι ἡμῶς ἐν τῷ Χριστῷ κ. τ. λ. ex 2. Cor. II. 14, 15.

Et *Stromat.* L. I. p. 271. Θαυμασιώτατα τοίνυν ὁ ἀπόστολος ἐν παντί, φησὶ, συνιστάντες ἑαυτοὺς ὡς θεῶν διάκονοι. cct. ex 2. Cor. VI. 5, 10, & 11. Sed & eiusdem κλητ. ρητῶν mentionem iniicit *Stromat.* L. IV. p. 514. Ἀπόστολος, inquit, τὴν κοινὴν διδασκαλίαν τῆς πίστεως, ὁμοίην γνώσεως εἴρηκεν, ἐν τῇ ΔΕΥΤΕΡΑ ΠΡΟΞ ΚΟΡΙΝΘΙΟΤΣ Conf. 2. Cor. II. 14. Omissus est hic locus utique præclarus in *indice locorum S. Scriptura* edit. Morelli, sicut & alter ille *verum index* multis laborat vitiis. TERTULLIANUS non solum ipse ultra sexages verba Apostoli & dimidia interdum capita ex hac epistola profert: sed simul quoque inquit *hereticos* eam fuisse amplexos. *De Pudicitia* c. XIII. p. 564. Novimus, inquit, plane & hic suspiciones eorum. Revera enim suspiciantur Apostolum Paulum in SECUNDA AD CORINTHIOS eidem fornicatori, cct. Et iterum c. XVI. p. 567. pergit: Necessè est igitur usque illis Apostolum ostendi, quem & ego in SECUNDA CORINTHIORUM talera defendam, qualem in omnibus litteris novi. Qui & in PRIMA primus omnium templum DEI dedicavit; Non scitis vos templum DEI esse?

(\*) De urbe Corintho supra §. 13. (d) p. 78, seqq. varia naravimus: addamus hic colophonis loco ex Actis Apost. & utraque iam pertractata Epistola pauca, quæ ad conditionem ecclesiæ huius dignoscendam facere videntur.

1) Plantata erat hæc ecclesia ab ipso D. Paulo fere ante quinquennium, cui mox Silas quoque & Timotheus ὁ Macedonia auxilio veniebant, Act. XVIII. 5. quorum proinde secum naravatam operam in prædicando IESU Christo efficacissimam Apostolus laudavit 2. Cor. I. 29. hæcque ipsam Epistolam & suo & Timothei nomine, Sila iam a se digressio, exarari voluit, c. I. 1.

2) Habitabant tunc temporis Corinthi tanquam in emporio Asiam inter ac Italiam celeberrimo (§. 13. (d) p. 81, seqq.) *Iudeorum & Gentium* multitudo magna: unde CHRYSOSTOMO πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος audix. *Illorum* plerisque doctrina de Christo σκάνδαλον, his μωρία fuit. Et enim

3) Iu-

3) *Judei* sui fere semper, uti aliis in locis, Act. XIII. 45, 50. c. XIV. 2, 5, 19. c. XVII. 5, 13. ita & hic similes erant, pauci credebant Evangelio, c. XVIII. 4, 8. plerique ἀντιτασσόμενοι καὶ βλασφημοῦντες v. 5, 12. signum expecebant, 1. Cor. I. 22.

4) *Ethnici* libertinorum, quos Cæsar ante 90. annos illuc habitatum miserat, filii & nepotes erant: quorum uti forte maiores, patria, lingua, moribus ac institutis differebant; ita vel ea propter inter posteros, licet convertos, facillius potuisse dissensionem oriri coniecimus.

5) Regnabant hoc tempore inter Græcos & Romanos variaz Philosophorum sectæ: quin igitur & illæ quoque Corinthi obtinuerint, quæ urbs Athenis proxima & multo tunc clarior erat, vix dubitamus. CHRYSOSTOMUS supra p. 82. laudatus: *Erant*, inquit, *civitas Oratoribus plena & Philosophis*; addens, eam πλεῖστα καὶ σοφίας διακίνας ἦν, καὶ τῆς ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον fuisse. Quid quod idem ad 2. Cor. II. 6. τὰς ἀρχοντας τῷ αἰῶνι τέτα per φιλοσόφους καὶ ῥητορας, καὶ λογογράφους. THEODORETUS vero, gentilis Philosophiæ haud ignarus, per σοφιστὰς καὶ ποιητὰς, καὶ φιλοσόφους, καὶ ῥητορας interpretatur. Hinc facile intelligimus, cur ad eos scripserit Apostolus: Ἕλληνας σοφίαν ζητῶντας, c. I. 22. aliaque, quæ Philosophos, Sophistas & oratores eorumque imitatores hinc inde tangunt: erant enim, uti v. 26. innuere videtur, Corinthi πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάββα, πολλοὶ δυνατοὶ, πολλοὶ εὐγενεῖς.

6) Quam partem Christianæ religioni cum illis Philosophorum sectis convenerit, ex historia Philosophica notissimum est. Sed & eadem de hoc ævo Apostolico testatur, non modo magnam tunc incidisse, præsertim in *Claudii* & *Neronis* ac seqq. Imperatorum tempora, doctorum virorum sterilitatem, vid. EUNAPIUS in *Proemio ad Vitas Sophistarum* p. m. 10. edit. Commelin. 1596. verum plerasque etiam sectas longe iam deteriores factas esse, quam quando a suis primum auctoribus institutæ erant, Et tamen omnes specioso *sapientiæ* titulo sua insigniebant dogmata: contra rem Christianam tanquam *vanam*



& *stultam* ridebant, Act. XVII. 18, 32. licet ipsi *Φάσιοντες εἶναι σοφοὶ* iam dudum *ἐμωράνθησαν*, Rom. 1. 22. Unde plana iterum & perspicua elucet ratio, cur in illorum *σοφίαν* Apostolus præsertim in priori Epistola, adeo sollicite inquirat, ut eam potius *μωρίαν παρὰ τῷ Θεῷ*, e. III. 19. & *cogitationes ac disputationes τῶν σοφῶν vanas* esse, v. 20. pronuntiet, imo his non *σοφίαν*, sed *πανουργίαν* tribuat, v. 19. suppeditato simul, ne aliquis semetipsum amplius seduceret, consilio hocce: *ὅς τις σibi videatur sapiens ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ille fatuus fiat*, ut sic evadat *Sapientis*, v. 18.

7) Tot impedimenta cum a Iudæorum tum Gentilium partibus deprehensa mentem quidem Apostoli magna impleverant cura & circumspectione, quippe cui recens illud turbæ per Pseudo Apostolos Thessalonicensis Ecclesiæ exemplum obverfabatur: videbatque, ad corruptam Corinthiorum conditionem attendens, illos easdem, imò longe maiores in hac urbe post suum discessum turbas facile excitaturos esse: quapropter *ἐν Φάθῳ καὶ ἐν τρέμῳ πολλῷ* Corinthi versatus est, idque metuebat imprimis, ne *ἀπὸ τῆς ἀπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστὸν* Corinthiorum olim mentes dimoverentur, 2. Cor. XI. 3. conf. quæ supra §. 23. (b) p. 123, sq. diximus. Cumque hac de re anxius, a *παρηγορία* forte sua paululum remisisse videretur, præsertim antequam Silas & Timotheus Thessalonica redeuntes de egregio huius ecclesiæ statu plura retulissent, Act. XVIII. 5. 1. Thess. III. 6. coll. 2. Thess. I. 3, 4. exinde, ni fallor, ansam deinceps capiebant Pseudapostoli illum in contemtionem adducendi, tanquam *ἄλλο κατὰ πρόσωπον ταπεινός*, cuiusque *παρηγορία τῷ σώματι αἰσθητός* esset, cet. 2. Cor. X. 1, 10. Interim tamen tantum sperat, ut illis obstaculis omnibus impeditus a proposito discederet Apostolus: ut contra cum in IUDÆIS tum gentibus rite instituendis & temporis & operæ plurimum insumerit, Act. XVIII. 11.

8) Et D. quidem LUCAS h. l. simpliciter tantum narrat Apostolum *docuisse verbum DEI*: ut adeo quænam præcipue dogmata ac quomodo proposuerit, non satis ex eo constet, nisi quod

quod v. 5. dicatur *διαμαρτυρούμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν*. Ad ipse id nobis in utraque Epistola abunde declaravit Paulus: vid. e. g. 1. Cor. I. 17, 21, 23, 24, 30. c. II. 1, 2, 4, seqq. c. III. 1, 2, 10, 11. c. IV. 15. c. VI. 9, 15, 19. c. XV. 1, 3, 11. 2. Cor. I. 19. c. XI. 2. cetera. Quibus locis vel obiter modo consideratis discimus, Apostolum studium suum tantum non omne in doctrina de Christo cruci pro peccatis affixo, mortuo & resuscitato fundamenti loco ponenda collocasse quotidie. Quid, quod ne aliud quidem inter eos se scire iudicavit, nisi hoc solum? Ex eo vero fonte limpidissimo reliquas, quæ ad salutis negotium faciunt, doctrinas, quasque eapropter ipse lactis Evangelici nomine insignit, (conf. ad intelligendam hanc phrasin Ebr. V. 12-14. c. VI. 1, 2.) adeo sollicitè derivavit: ut ne unionem quidem inter DEum & fideles mysticam eos celarit; hanc enim illis fuisse notissimam arguunt verba *ἐν ᾧ ὀδοῦτε*;

9) Sigilla quoque fidei ac foederis, quotquot nimirum in N. T. a Christo instituta esse noverat, conversis tradidit: *baptismum* puta; quem ipse quidem primum, cum adhuc solus esset in domo Stephanæ administravit, Crispo quoque & Gaio contulit, mox vero Silæ ac Timotheo reversis Thessalonica, tandemque plantatæ iam ecclesiæ huius senioribus & ministris commisisse videtur, 1. Cor. I. 14-17. & *S. cenam*, quam illis tradidit absque omnibus ambagibus, non tamen sine prævia exploratione, prorsus uti eandem ipse, non a reliquis Apostolis, sed ab ipso domino acceperat, 1. Cor. XI. 23-25.

10) Hunc in modum versatus inter Corinthios Apostolus Iudæorum non paucos Act. XVIII. 4, 8. plures vero gentilium v. 6, 8, 10. Christo lucratus, omni cognitione non modo, sed & charismatis spiritualibus (quorum catalogum 2. Cor. XII. exhibet,) eos ditavit, c. I. v. 5, 6. Hisque omnibus ita rite institutis, imo *ἐν σημεῖοις* quoque *καὶ τέρασσι καὶ δυνάμεισι* confirmatis 2. Cor. XII. 12. & discipulis proprio insuper edoctis exemplo, quomodo in persecutionibus se gererent, Act. XVIII. 12, seqq. Paulus abiit Cencreas, indeque navigavit Ephesum & Cæsaream, v. 18, 19, 22. vid. supra §. 8.

11) Interea Apollo ab Aquila & Priscilla informatus venit Corinthum, Iudæos vehementer redarguens, fidelibus vero tan-

tum conferens, v. 27, 28. ut ipse de eo Paulus scribat, *Απολλώς ἐπότισεν*. 1. Cor. III. 6 etenim *potens in scripturis, loquebatur & docebat ἀκριβῶς τὰ περὶ τῶν κυρίων*, Act. XVIII. 24, 25. Hic licet ab eo, quod Paulus prædicarat, Evangelio nequaquam discederet, (conf. præter iam citata loca 1. Cor. XVI. 12.): Corinthii tamen, patria ac institutis maiorum forte a se invicem diversi, sectis etiam, credo, Philosophicis iam assueti, (quorum cum alii se Aristotelicos, Platonicos alii, Stoicos, vel Epicureos, vocarent; singuli tamen unius se filios sapientiæ ac veritatis esse genuinos profitebantur,) idem sibi quoque in Christiana religione licitum esse putabant. Proinde, cum alii ante a Paulo, alii iam ab Apollo instituti, conversi vel excitati essent: illi se *Pauli*, hi *Apollo* esse dicebant, 1. Cor. I. 12. c. III. 4. Rursus alii, qui meliora sapere volebant, non ab iis tanquam ministris, sed a *Christo* potius ceu Domino se nominandos esse censuerunt.

12) Creverunt hæc dissensionum initia supervenientibus Pseud-Apostolis: hi enim cum Iudæis tum gentibus placere cupientes, aliam longe viam, quam Paulus & Apollo, ingrediebantur, & Christianam religionem schemate Philosophico & oratorio ornabant; ne scilicet Christum cruci affixum, uti *Ἰσδαλοῖς σκάνδαλον*, ita *Ἕλλησι μωραὴν* prædicantes; c. I. 23. ludibrium & persecutionem sibi crearent. Vid. de iis plura supra §. 24. (\*) Proinde *καθ' ὑπεροχὴν λόγου καὶ σοφίας* veniebant, c. II. 1. *ἐν πειθοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις*, v. 4, 13. Erant autem inter Corinthios quoque, qui more Græcorum, præsertim Atheniensium, *nulli alii rei vacabant, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid novi*, Act. XVII. 21. hisque doctrina illa mire placebat, imo usque se adeo commendabat, ut iam demum *Φρονίμως* factos se esse gloriarentur, qui prudenti consilio modum ac viam invenissent, qua religioni Christianæ ac sibi metipsis quoque cum inter Iudæos, tum gentilium *σοφίας, δυνατῆς καὶ εὐγενεῖς* maior conciliari posset gratia & auctoritas: Paulum contra, eiusque assecclas *μωρῶς* putarent, qui simplici dicendi genere sibi ac religioni contemptum, nimia vero rigiditate odium conciliaret, 1. Cor. IV. 10. Proinde Apostolus suam vel ipsius potius Spiritus S. methodum prædicandi Evangelium,

gelium, quæ ab illa Pseudapostolica & hodierna Iesuitarum toto cælo distabat, dilucide illis opponere, & ab eorum exceptionibus non minus, quam Philoſophorum & Iudæorum calumniis, ex instituto vindicare debuit. (vid. e. g. 1. Cor. I. & II. 13) Permanebant nihilominus in agnita doctrinæ cœlestis a Paulo sibi traditæ veritate Corinthiorum non pauci, eiusque tanquam Apostoli Iesu Christi auctoritatem novatoribus istis opponebant. Hanc igitur PseudApostoli quovis modo imminuere conati sunt. Proinde non tantum maledico dente *παρρησίαν τῆ σωματος*, (supra, 7) p. 140.) & genus dicendi carpebant: verum, quo suas eo magis confirmarent partes, aliorum quoque Apostolorum, præsertim Petri, auctoritatem ipsi obiiciebant. Illum Iudæis & profelytis indulgisse plurima, imo vero Antiochiæ palam a Paulo ante paucos modo annos dissensisse: contra hunc adeo gravem aliorum censorem esse, ut ne ipsi quidem Petro, tanto licet Apostolo, quique multis eum modis superaret, pepercerit. Quantam vero illi iniuriam hac assertionis intulerint, patet ex 1. Cor. IX. 19, 20, sqq. Lati his auditis rebus eorum affectu, ipsis, ni fallor, ducibus τῆ κηφᾶ se esse, eiusque & Pseudapostolorum se malle potius quam Pauli castra sequi asserabant, 1. Cor. III. 21, 22. c. I. 12. Etenim ipsum Petrum Corinthi iam prædicasse Evangelium vix credo: cum nihil de eo Paulus in priori epistola memoriæ prodiderit, qui tamen laborum Apollo honorificam iniicit mentionem. Sed nec a quoquam Pseudapostolorum id nomen sibi sumsisse Corinthios puto: sic enim Paulus istud gravioribus improbasset verbis. 14) Ex perverso *ζήλω & δόξασίᾳ* 1. Cor. III. 3. alia simul enata sunt mala non pauca. Etenim *alii* suam doctorem seque ipsos præferentes aliis c. III. 21. c. IV. 6, 7. quo id illis persuaderent, charismatis sibi concessis spiritualibus abuti haud verebantur, præsertim dono linguarum, quo qui gaudebant aliquot, haud parum tumefacti, multa de se gloriabantur, multa quoque in cœtu fidelium loqui gestiebant, licet parum ad ædificationem reliquorum facerent, c. XIV. 2, sqq. Quod videntes *alii* his donis destituti, at melioribus forte instructi, ea sibi quoque non contigisse dolebant, conf. c. XII. 29, 31. cet. Proinde Paulus utrosque ex instituto edocet verum horum cha-

rismatum usum in ecclesia, c. XII, XIII, XIV. & amorem erga proximum, cuius eorum plerique expertes erant, reliquis donis cunctis præferendum esse monet. Rurfus *alii*, collapsa hunc in modum disciplina ecclesiastica, libertate Christiana turpiter abutebantur, neque id modo in S. cœna, 1. Cor. XI. 18, 20, sqq. & v. 33. neque in sacris tantum & privatis infidelium & idololatrarum conviviiis, c. X. 14-28. sed in iis etiam rebus, quæ religioni Christianæ e diametro contraria erant, vid. c. V. 1, sqq. & v. 11. c. VI. 8-10. & v. 15, sqq. c. X. 7, 8. 15) Eo in statu cum essent res Corinthiorum, quidam in doctrina Apostolica eo usque permanentes, præsertim illi de domo Chloës, 1. Cor. I. 11. Paulum Ephesi commorantem de istis omnibus certiores facere decreverunt, eumque in finem miserunt Stephanam, Fortunatum, & Achaicum, c. XVI. 17. datis ad eum simul litteris, 1. Cor. VII. 1. confer. supra §. 9. p. 63, sqq. Ad quas cum respondisset Apostolus Epistola priori, & in rebus istis cunctis quid tenendum esset, satis superque docuisset, multi quidem ad officium revocati haud parva poenitentiae signa ediderunt, teste Apostolo, 2. Cor. VII. cet. Alii vero monitis eius morem non gerentes, in transgressionibus perseverabant, c. VI. 14, sqq. c. XII. 20, 21. c. XIII. 1, 2, sqq. 16) Ipsi Pseudapostoli novas adhibuerunt machinationes, quibus animos Corinthiorum ab Apostolo averterent. Carpebant litteras priores ceu nimis graves, obiiciebant ipsi studium gloriæ, cuius vestigia in priori Epistola, imo vita Pauli se invenisse putabant. Scilicet quæ ille defendendi se gratia scripserat, quodque noluerat a Corinthiis quicquam accipere, id eorum animos mire cruciabat, qui ex Evangelio quæsitum facere cupiebant; ideoque eum gloriolæ captandæ causâ ita se gessisse calumniati sunt. Quod autem pessimum erat, levitatis eundem in vita & doctrina arguebant: promiserat enim se Corinthum venturum, vid. §. 20. quo non servato promisso, in tradenda quoque doctrina eadem forte illum animi levitate esse colligebant, 2. Cor. I. 12, 13, 17, sqq. Omnes vero istas calumnias posteriori hac Epistola penitus dispulit Apostolus, qua animos quoque fidelium de novo confirmat, poenitentes in gratiam recipit, solatur, erigit, ceteros reprehendit, & Pseudapostolos vivis coloribus depingit.

DAN. SALTHENII  
S. THEOL. D. ET P. O.  
COMMENTATIO  
IN  
HISTORIÆ CANONIS  
SACRIQUE TEXTVS N. F.  
A  
JOANNE MILLIO  
IN  
PROLEGOMENIS AD N. T. TRADITÆ  
PARAGRAPHVM XXVI.  
IN QVO AGITVR  
DE  
EPIST. PAVLI AD ROMANOS.



EPISTOLA AD ROMANOS.  
SCRIPTA ANNO LVIII.

§. 26.

**P**ost conscriptam hanc epistolam, ac prædicatum per varias Macedoniæ partes Evangelium, Apostolus venit in Græciam Act. XX. 2, 3. adeoque & ipsum Corinthum. Ibi autem post moram factam trium mensium scripsit epistolam ad Romanos, profecturus iam Hierosolymam: *νυνὶ δὲ πορεύομαι*, inquit, *εἰς Ἱερουσαλήμ, διακονῶν τοῖς ἁγίοις.* Rom. XV. 25. &c. (a). Exarata vero erat epistola hæc, uti patet ex primario eius argumento, ad confirmandos fideles, qui Romæ (b) erant, contra infidias doctorum *Ἰουδαϊζόντων*, qui necessitatem legis Mosaicæ & iudaicorum rituum prædicabant (c): & quidem, quantum itineris Paulini, in Apostolorum Actis descripti, tempora distinguere licet, circa initium mensis Martii, anno æræ vulgaris LVIII. (d).

(a) Corinthum paullo post datam posteriorem ad Corinthios epistolam rursus adiisse Apostolum, ibique hanc exarasse epistolam, recte colligit MILLIUS: idque uti ex serie itineris eius, quam Acta exhibent, ita ex aliis quoque momentis probari posse putamus. Nam 1) in priori iam epistola Corinthiis expressis verbis promiserat venturum se ad eos, cum Macedoniam pertransiret c. XVI. 5. Epheso autem ubi hæc scripserat, v. 8. profectus est Troadem, 2. Cor. II. 12. indeque in Macedoniam, v. 13. coll. Act. XX. 1. iam ergo *διελθὼν τὰ μέρη ἐκεῖνα* promissis stare debebat, præsertim cum tantum ablit, ut ea retractarit in epistola posteriori, ut pluribus potius se excusaverit, quod adventum suum non maturasset, conf. §. 20. (e). 2) Promiserat, se collecta in usum Ecclesiæ Hierosolymitanæ subsidia Corintho vel per alios missurum, 1. Cor. XV. 3. vel ipsum una profecturum Hierosolymam



lymam v. 4. *Iam vero proficiscor*, inquit, *Hierosolymam, ministrans sanctis*, Rom. XV. 25. vix ergo dubitare licet, quin hæc Corinthi scripserit. Quod si cui dubium adhuc hæret, is 3) certissimam promissi Paulini confirmationem 2. Cor. IX. 3-5. perpendat, ubi Apostolus: *Misi*, inquit, *hos fratres - - ut, sicut dicebam, parati sitis: ne quomodo, sed MECUM. VENERINT MACEDONES, & invenerint vos imparatos, nos pudeamus*, cetera. Quid his, quæso, clarius? Sed & 4) *peragratis Macedonia & vicinis partibus, cum multo illos sermone hortatus fuisset, venit*, uti LUCAS testatur eis τὴν Ἑλλάδα Aet. XX. 2. quod sicuti *Græcia propria & libera* nomen præsertim fuisse nemo ignorat: ita Corinthum celeberrimam eius tunc temporis extitisse urbem, supra §. 17. (d) iam observatum est. Cumque idem D. LUCAS perhibeat, voluisse Apostolum inde in Syriam navigare, v. 3. puta quæ inde pergeret Hierosolymam: quin hoc de inclito Corinthiorum portu Cenchreensi, qui Asia & Syria oppositus erat, sit intelligendum, vix dubito, præsertim si conferantur, quæ supra l. c. nec non §. 8. (a) observavimus. 5) Tandem de Paulo LUCAS narrat, in Græcia *tres eum menses peragisse*: promiserat autem 1. Cor. XVI 6, 7. cum transiret per Macedoniam, Corinthi se *ἔτινον τῶν* mansurum, aut forte etiam hibernaturum: fidem ergo liberasse censendum est, eo magis, cum ob insidias Iudæorum in Macedoniam reverti coactus, Philippis navigaverit Troadem *μετὰ ταῖς ἡμέρας τῶν αἰζύμων*, Aet. XX. 6. Corinthi igitur, ut putg hie mavit; hieme fere transacta scripsit Epistolam ad Romanos, iam iam profecturus Hierosolymam: adeoque nec male Auctor doctissimus circa initium mensis Martii putat esse exaratam; qui & reliquas, quæ a *Phæbo, Erasmo & Gaio* desumi solent, rationes notiores ipse in subsidium vocavit § 27. Potest quoque ex iam allatis annus, ni fallor, determinari. Paulus enim Philippis *post dies azymorum* navigans, intra *dies quinque* venit Troadem, ibique commoratus est *septiduum* Aet. XX. 6. Moxque Asiam veniens v. 14. intra *quadriduum* navi Miletum appulit v. 15. festinans,

ut, si fieri posset, *die Pentecostes* esset Hierosolymis v. 16 Mileto igitur Pataram, indeque Tyrum navigavit, Aet. XXI. 1-3. unde exactis *diebus septem* mox abiit Cæsaream v. 4, 7, 8. Et licet in hac urbe *dies plures*, adeoque forte etiam festum Pentecostes transegerit v. 10. eadem tamen ætate Hierosolymam venisse colligo ex v. 15. ubi post *dies septem* Iudæi statim manus in eum iniecerunt. v. 27. Inde sub Felice captivus mansit *totum biennium* Aet. XXIV. 26, 27. donec tandem a Festo Romanam, ingruente iam hieme, missus, circa *initia anni sequentis* illuc perveniret, c. XXVII. XXVIII. Scripsit igitur Paulus hanc ad Romanos epistolam, integro ante triennio, quam ad eos venerit ipse. Non gravabor ea hic addere in compendium redacta, quæ de tempore & ordine epistolarum D. Pauli iam olim observavit CHRYSOSTOMUS *Prefat. in Epist. ad Romanos*: Proinde, inquit, *quum ad hanc nobis epistolam descendendum sit, necesse est & tempus, quo scripta ea fuit, demonstrare. Neque enim, ut multorum fert opinio, ceteras omnes tempore præcessit. Eas quidem omnes, quæ Roma scriptæ fuere, antea: ceteras alias, quamvis non omnes, subsequuta est. Nam quæ ad Corinthios scriptæ sunt amba, ante hanc scriptæ fuere. Quod sicut ex Rom. XV. 25, 26. coll. 1. Cor. XVI. 2, sqq. colligit: ita hac illum ratione recte prævisse recentioribus, haud obscure licet concludere. Addit epistolam ad Thesalonicenses sibi quoque videri priorem epistola ad Corinthios: Sed & epistolam ad Galatas præcessisse hanc ad Romanos, quæ de re suo loco dicemus. Româ vero scripsisse Apostolum ad Philippenses, Hebræos, Timotheum, Philemonem & Colossenses: adeoque has omnes posteriores esse. Quibus ostensis hæc tandem subiungit: Proinde hunc laborem nemo extra rem, neve hanc indagacionem supervacanea curiositatis esse putet. Conferre enim nobis non parum ad quæstiones explicandas ipsum epistolarum tempus. Quæ prolatis mox exemplis firmare nititur.*

(b) Non paucos hoc tempore Romæ fuisse, qui Christo nomen dederant, mox videbimus. Quod autem ad *prima evangelii* in hac urbe sparsa attinet *semina*, in diversa abierunt viri do-

ſti, prout unumquemque vel veritatis ſtudio, vel diverſitas traxit religionis. Apoſtolo PETRO eam vindicare laudem ſtudent Romanæ curiæ adſentatores fere omnes; quorum etiam plerique eo uſque progrediuntur, ut Antiochenam eum primum fundaffe eccleſiam, & tamen deinde anno Claudii ſecundo Romam veniſſe, ibique epiſcopatum 25, annis tenuiſſe contendunt. Quanta vero cum fiducia id adferant, vel ſolus nobis BARONIUS ſuo monſtrabit exemplo, qui ad ann. Chr. 44. num. 13. *OMNIUM*, inquit, *TESTIMONIO CERTUM EXPLORATUMQUE HABETUR*, iam anno ſecundo eiusdem (Claudii) *Auguſti Petrum Apoſolorum principem veniſſe Romam*. Examinemus igitur paullatim eorum teſtimonia; & ea quidem non recentiorum, ſed veterum: nam quod a recentiore Auctore ſine alicuius vetuſtioris auctoritate profertur, ipſo monente Cardinali, contemnitur. Primum & antiquiſſimum in EUSEBII *Chronico* occurrit, ubi Petrum anno Claudii ſecundo, quum primus Antiochenam eccleſiam fundaffet, Romam veniſſe, ibique *Evangelium predicantem viginti quinque annis eiusdem urbis epiſcopum perſeveraſſe* legimus, pag. 160. edit. Scaligeri. *Chronicon* illud latinitate donatum eſſe ab HIERONYMO notum eſt, nec ipſi diſſidentur Pontificii, vid. BELLARMINUM *de Scriptoribus Eccleſiaſt.* p. m 54. alioſque. Quod ideo notandum, ſiquidem hanc ille ſuam verſionem, prout dudum obſervarunt viri docti, (vid HANCKIUS *de Scriptoribus Byzant.* p. 93, ſq. 96, ſq.) additamentis, maxime in Romana hiſtoria, hinc inde adeo interpolavit: ut quid Eusebii, quid Hieronymi ſit, non ſatis certo lector dignoſcere queat, quum Græca Eusebii, ſi fragmenta exceperis, hodie deſiderentur. Poſſem quidem hic latinorum quoque codicum diſcrepantia urgere adverſarios, qui oſcitantia librariorum adeo mire inter ſe variant: ut ſæpius nec inter ſe, nec cum hiſtoria facile poſſint conciliari, teſte Cel. IO. ALB. FABRICIO *Biblioth. Græc.* L. V. c. 4. Vol. VI. p. 34. Sed mittam hæc, quum apud eundem in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum* illa ipſa legamus; id tantum cavens, ne pro altero

altero iam teste & diverso, sed pro eodem habeatur Hieronymus: quum eadem hic loquatur, quæ in Eusebii Chronico tradiderat. En ipsa verba, ne quid desit, de quo iure queri possint adversarii: *Petrus, inquit, post episcopatum Antiochensis ecclesie, & predicationem dispersionis eorum, qui de circumcissione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudii anno, ad expugnandum Simonem magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram Sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id est decimum quartum, cec. l. c. voce Petrus.* Neque tamen ipse EUSEBIUS prorsus in hac negotio ἀσύμβολος est, quippe qui *Hist. Ecclesiast. Lib. II. c. XIV. p. m. 52.* ex JUSTINO narrat, *Simoni mago tanquam DEO Romæ statuam collocatam fuisse; addens, hæc tamen non diu ex voto illi fluxisse. Confestim enim ipsis Claudii Augusti temporibus (παραιπόδας γούν ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας) benigna & clementissima DEI providentia fortissimum & maximum inter Apostolos Petrum - - Romam adversus illam generis humani labem ac pestem perducti. Qui tanquam strenuus divina militia ductor, celestibus armis munitus, pretiosam illam lucis intelligibilis mercem ab oriente ad eos, qui versus occasum habitabant, detulit.* Porro in ALEXANDRINO quoque Chronico ad an. Tiberii Cesaris XXII. IND. VIII. Leliano & Plauto Coss. sequentia legimus: *Quarto post Christum in cælum assumptum anno Petrus Apostolus Hierosolymis profectus, Antiochia verbum DEI publice docuit, & pontificatus cura suscepta, a Christianis ex Iudæa oriundis inductus, seipsum in throno episcopatus collocavit, nec quemquam ex gentibus in Christum credentem aut recepit aut complexus est, sed illis neglectis inde exiit.* Sed & CHRYSOSTOMUM in suas trahere student partes. Certe TILLEMONTIUS in *Memoir. Hist. Eccles. T. I. P. II. ad an. Chr. 42. p. m. 453.* de itinere D. Petri Romano agens, post verba: *Il y vint sous l'Empire de Claude, en la deuxième année de son regne SELON QUELQUES ANCIENS, lors que ce prince mesme estoit Consul avec C. Cæcina Largus; una cum*

HIERONYMI loco iam citato CHRYSOSTOMUM allegat, non tamen indicato libro, nec additis ipsius verbis; quod prorsus cum eius allegandi more pugnat, qui paginam quoque huiusque litteram indicare solet; ac Chrysoctomi testimonium valde reddit suspectum. Nos certe, quantumvis curatius evolvendo quæ eo facere viderentur loca, nihil in iis aliud observavimus, quam prædicasse quondam Romæ Petrum. Quo vero id tempore factum, num sub Nerone, an Claudio, eiusque præsertim ANNO SECUNDO: silet, quantum nobis hucusque videre datum fuit, Chrysoctomus. Non tamen dissimulabimus, qui veritatis modo indagandæ gratia cum adversariis pugnamus, insignem, qui se nobis obtulit, locum eius ex *Comment. in Epist. ad Romanos c. 1. v. 8.* *Quamquam Petrus*, inquit, *(Romæ) etiam prædicavit: sed illius facta sua esse dicit Paulus.* Καὶ τοῦτο Πέτρος ἐκήρυξεν ἐκεῖ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκεῖθεν ἐαυτῷ ἠγείρατο. Iam cum Chrysoctomus in *Prefat. huius Epistole* recte statuatur, scriptam eam quidem esse post utramque ad Corinthios, & illam ad Galatas; ante tamen, quam Romam ipse pergeret D. Paulus; in allatis autem verbis pronuntiet, prædicasse prius Petrum Romæ: sequeretur forte sub Claudio, vel certe ante annum Neronis 4. quando hæc scripserit Paulus, Romanis ex mente Chrysoctomi Evangelium a Petro fuisse annuntiatum; nisi hæc ipsa *Prefat. in epist. ad Rom.* nos clare satis doceret, illud D. Apostoli iter Romanum ibi intelligere Chrysoctomum, quod annis Neronis & Pauli ultimis contigit, cum huius martyrio coniunctum. Ac proinde nihil in eius verbis est, quocumque ea capias modo, unde sub Claudio, (ne dicam Claudii anno II.) Romam venisse Petrum, tuto colligere queas. Veterum hæc sunt testimonia Patrum, quotquot ad stabiliendam suam sententiam Pontificii requirere hucusque potuerunt, oppido certe pauca, & fidem haud merentia, uti mox ostendemus. Iungamus iis quoque sequentium seculorum Scriptores, licet eorum in hoc negotio auctoritas fere nulla sit, quippe qui Eusebium vel potius Hieronymum secuti, si huius fides conciderit,

derit, cadent & ipsi. Primus sit PAULUS OROSIUS, qui *Historiarum adversus paganos* L. VII. c. 12. *Exordio regni eius*, inquit, (puta Tiberii Cláudii) *Petrus Apostolus Domini nostrí Iesu Christi Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem fidei verbo docuit, potentissimisque virtutibus approbavit. Atque exin Christiani Roma esse ceperunt*, in *Biblioth. M. Patrum* T. V. P. I. p. 389. Nulla quidem hic mentio 25. annorum facta; sed nec anno Cláudii 2. Romam venisse Petrum, verum exordio regni eius, scribit: nolo tamen exigua hac vel forte nulla discrepantia urgere adversarios; qui potius contento, ab Hieronymo hæc sua didicisse Orosium, adeoque hunc non diversum ab eo, sed unum eundemque esse testem. Notum enim est, missum ab Augustino hunc Paulum eodem, quo Historiam suam conscripsit, tempore cum Hieronymo fuisse. Orosium secutus est GREGORIUS *Turonensis, Histor. Franc.* L. I. c. 25. ubi postquam narraverat, Petrum Romæ sub Cláudio predicasse, addit & hoc: *Ab illis diebus Christiani apud civitatem Romam esse ceperunt*. vid. *Biblioth. M. Patrum* T. VI. P. II. p. 420. Inprimis vero FRECULPHUS in *Chronico* T. II. L. I. c. XII. quod itidem existat *Biblioth. M. Patrum* T. IX. P. I. p. 498. is enim sua plane ad verbum defumsit ex Orosio. Hunc excipiat ISIDORUS, qui quanquam in *Chronico* nil aliud, quam supra Eusebius in *Historia Eccl.* protulit; en eius verba: *Claudius regnat annis XIV. Eo regnante, Petrus Apostolus contra Simonem Magnum Romam pergit*. p. m. 268. tamen in *Libro de Vita & morte Sanctorum utriusque Testamenti*, §. 69. voce *Simon Petrus*, p. 365. Hieronymum in Catalogo secutus plura addidit; *Hic, inquit, in Gallitia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Asia, atque Italia Evangelium predicavit. - - Hic postquam Antiochenam ecclesiam fundavit; sub Cláudio Cesare, contra eundem Symonem Magum Romam pergit, ibique predicans Evangelium viginti quinque annis, eiusdem tenuit pontificatum*. Atque ut de LEONE M. GREGORIO M. aliisque Pontificibus nihil dicam, qui absque addita nota temporis Petrinæ mentionem cathedræ iniciunt sæpissime; toti-

dem

dem etiam annos numerant CASSIODORUS in *Chronico*, Auctor *Libri Pontificalis* DAMASO adscripti, BEDA, ADO *Viennensis* & HERMANNUS CONTRACTUS. Eadem chorda oberrat REGINO *Prumiensis* in collectione *Veterum Scriptorum* PISTORII T. I. p. m. 3. qui tamen conciliaturus diuturnum illum Petri episcopatum Romanum cum XIV. illis annis Gal. II. 1. in errores chronologicos gravissimos prolabitur. Præterquam enim quod Paulum eodem, quo Dominus passus est, anno conversum esse statuit, fingit Petrum an. Chr. 48. Claudii non 2. sed 4. Romam venisse, ibique una cum Paulo anno demum Chr. 72. martyrio coronatum esse: cum tamen illi toto ante quinquennio obierint; annus verò IV. Claudii respondeat anno Chr. 44. In eosdem plane errores incidit MARIANUS *Scotus*, Lib. I. ætate VI. sicut videre est ex Chris ipsius verbis apud eundem *Pistorium* l. c. p. 367. conf. p. 363, 364. ubi quoque Antiochenam Petri sedem inde ab an. Chr. 40. Calig. I. ad an. 46. Claudii 2. per annos VII. collocat. Paulo hæc aliter tradidit CONRADUS *Urspergensis* in *Chronico* p. m. 58. *Petrus* nimirum *fundata primum Antiochena ecclesia Romam tetendisse*, ut *QUILDAM* volunt, an. Dom. 44. Claudii 2. secundum *ALIOS* quarto Claudii anno, i. e. Domini 46. verum ne sic quidem absque errore. Ast OTTO *Frisingensis*, eiusmodi difficultates vitavit, cum nulla anni mentione iniecta, id modo sub Claudio factum esse dicat; addens, ni fallor, ex Orosio: *Exhinc Rome ceperunt esse Christiani*. L. III. c. XV. in *Ursisii Scriptorum German.* T. I. p. m. 61. Sed & ille Claudii annum 1. in an. Chr. 43. incidisse falso asseruit. Rursus Auctor *Compilationis Chronologicae* sive *Chronici* excerpti de diversis *Chronicis* apud *Pistorium* l. c. p. m. 708. hæc habet: *Anno Domini 46. facta est gravissima fames per Syriam: - - ut in Actibus legitur. Hoc anno Petrus Apostolus, primus papa, venit Romam, Claudii imperatoris anno IV.* Et WERNERUS *ROLEWINK* in *Fasciculo temporum* p. m. 38. sub imperatore Caligula notavit seqq. *Beatissimus Petrus, gloriosus Apostolus Chri-*

*Christi Iesu præsuit ecclesia Catholica, secundum Hieronymum an. 37. secundum Bedam 39. tenuit namque pontificatum in partibus orientis annis 5. sec. Hieronymum, sec. Bedam 7. deinde Antiochiam veniens, sedit ibi annis 7. (tot scilicet annos primus, ni fallor, GREGORIUS M. illi adsignarat Lib. VI. Epist. 37. ad Eulogium Alex. p. 739.) Insuper predicavit dispersis ex circumcissione fidelibus, qui erant in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bitynia: - Audiens autem Simonem magum Romanos deludere, Zelo fidei Romam adiit, anno quarto Claudii. - Tandem post plurima sanctitatis insignia, cum iam in Romana sede annis 25. mensibus 7. diebus 8. sedisset, martyrio coronatur a Nerone. Hæc si purpuratus cum accurata historię Romanæ chronologia conciliaverit, rex erit. Tandem nec prætereundi sunt CHRIST. DRUTHMARS & GOTFRIDUS Viterbiensis. Ille notabiliter *Exposit in Matth. c. XXVI. Bibl. M. Patr. T. IX. P. I. p. 889. Petrus, inquit, primum in Cappadocia predicavit: deinde sub Claudio Italiam venit & viginti quinque annis pontificatum in Roma tenuit: non tamen vel quinque pedes de terra ibi in potestate habuit. Hic vero Chron.* Parte XV. p. 366*

*Tempore Tiberii, Caiique simulque Neronis,  
Petrus erat papa Roma, qui religionis  
Dogma fidemque DEI primus in urbe colit.  
Petrus in Antiochis octonis sederat annis,  
Bisque decem Roma servit divina tyrannis,  
Insuper & quinque sedit & octo dies.*

Latini hi fuere: at Græcos inter Scriptores recentiores occurrunt SIMEON METAPHRASTES, qui primus itinera Petri per Italiam post annos fere nongentos, nulla licet veterum auctoritate munitus, recensere sustinuit, apud SURIUM in *Vitis Sanctorum* T. III. & ZONARAS, qui Eusebium, uti fatetur, secutus cum Latinis quodammodo facere videtur, cum *Annal.* T. II. ad finem imperii Claudii p. m. 188. edit. Basil. 1557. ita scribit: *Petrus quoque sub Claudio Roma salutaris præconii semina sparsit, cui multi ex Romanis fidem habuerunt. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ ἐπὶ Κλαυδίου πρῶτον ἐπεδήμησε τῇ*



Πάρι, τὸ σωτήριον κήρυγμα ἐγκατασπείρων αὐτῆ. ecc. Hisque ultimo iam loco iungimus EUTYCHIUM Alexandrium in *Annalibus*, qui Petram e manibus Herodis ope DEI ereptam, Antiochiam fugisse, & constituto ibi Arcadio Patriarcha (*Evo-  
dium* alii fere omnes nominant), Romam anno secundo *Cæsaris* profectum esse scribit, p. m. 327. edit. Pocockii. Echi quidem sunt testes, quos pro stabiliendo iam supra memorato effato suo producere poterit BARONIUS aliique Romanæ curiæ adfentatores. Restat ut his quoque, quantum hoc loco instituti nostri postulat ratio, respondeamus. Non enim nobis iam animus est cum eruditissimo SPANHEMIO evincere, nunquam Petrum Romæ fuisse; quod sicut magno consensu tradidere veteres, ita & nos infra ad §. 59. & 60. ubi de priori Epistola Petri agens MILLIUS huius rei mentionem inicit, quod veritati historicæ putamus congruens esse, dicemus. Sufficit in præfenti contra Papistas ostendere: D. Petrum nequaquam Romam venisse anno 2. Claudii, neque primum ibi prædicasse Evangelium Christi, multo minus ante hæc tempora ecclesiam Antiochiæ fundasse, & si quæ simul occurrunt alia. Hæc cum partim ex testimoniis haud iam frustra allatis, partim quoque ex aliis mox proferendis, partim denique ex ipsa historia sacra probaturi simus: singula harum rationum momenta breviter ac distincte indicabimus.

1) Quod ad Scriptores attinet recentiores, supra monuimus, illorum testimonium eo non valere, quod ex aliorum fide ista scripserint: etenim ut fidem mereatur narratio, ex lege probabilitatis historicæ necesse est Scriptorem & voluisse & potuisse vera narrare. Voluerint forte illi, concedo: at ex ea solum parte potuerunt, quatenus illis EUSEBIUS in *Historia Eccles.* quam latinitate donaverat RUFFINUS, & HIERONYMUS partim in *Chronico Eusebiano*, partim in *Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum*, faciem prætulerunt.

2) Præter hæc quoque suam valde fidem ipsi mutuo reddunt suspectam, dum plures Antiochenæ sedis nullam iniiciant mentionem, quidam contra faciunt: horum vero ille VIII. quidam VII. alius pauciores Petro tribuit annos. Et quod præcipuum,

puum, in ipso Romani itineris anno determinando in æqualia fere divisi suffragia, saniores nihil definiunt, pauci anno Claudii II. plures vero, quos inter BEDA quoque, anno illius IV. at EUTYCHIUS & ELMACINUS an. II. Caii id contigisse perhibent. Taceo non paucos etiam recentiorum esse, infra (num. 20) proferendos, qui sub Nerone demum Petrum in urbem venisse scribunt.

3) In Veterum igitur testimonio omne iam restat subsidium. Et ex CHRYSOSTOMO quidem supra vidimus adversarios haud posse probare, Petrum anno Claudii 2. vel etiam si placeat, 4. Romanam fundasse sedem: quid quod ex alio eius loco (num. 14) producendo contrarium fere patebit. Sed & Antiochiæ primum prædicasse D. Petrum nusquam in hoc observare potuimus. Evolvimus *Commentar.* in Gal. II. 11, sqq. at frustra. Perlustravimus quoque quæ scripsit in Act. IX. 19, sqq. aliaque: sed tantum abest ut ullam ibi a Petro fundatam esse ecclesiam asserat; ut istud potius negotium omne partim Cyprii illis & Cyrenensibus, partim Paulo & Barnabæ tribuat solis. Cum igitur in Chrysostomo nulla sit spes: videamus

4) an *Chronicon* ALEXANDRINUM illis quid opis ferat. Ubi primum quidem observamus, in eius supra allatis verbis nihil de sede Petri Romana, sed de Antiochena tantum reperiri nonnulla: quæ tamen ita sunt comparata, ut vix ullam mereantur fidem. *Petrus, inquit, Antiochia verbum DEI publice docuit, &c. - - nec quemquam ex gentibus in Christum credentem aut recepit aut complexus est, sed illis neglectis inde exiit.* Et tamen paullo ante scripserat Auctor: *Secundo post Christi in celos ascensum anno, (i. e. ex illius sententia toto biennio ante fundatum pontificatum Petri Antiochenum,) Cesarea CORNELIUS CUM TOTA familia sua DIVINITUS PER Apostolum PETRUM, Christi fidem EDOCTUS recepit.* Quis igitur credat Petrum, cui id iam a DEO revelatum erat, quod gentes quoque ad Evangelium Christi admittendæ essent, Act. X. & XI. biennio post conversionem Cornelii, Antiochiæ *neminem ex gentibus in Christum credentem aut recepisse aut complexum esse.* Et qualis, quæso, hæc cathedra & cura episcopalis,

lis, quod *his neglectis inde exiverit?* Deinde quoque in anno & Coss. determinandis sibi non constat Auctor. Quæ enim iam attulimus, ea *IND. VIII. anno Tiberii Cæsaris XXII. Læliano & Plauto Coss.* gesta esse claris verbis pronuntiat. Rursum quasi sui oblitus paullo post scribit: *IND. XL. Cæsi III. Claudio Cæsare & Corsiano Coss. His Coss.* (i. e. integro post quadricenio) *S. Petrus Apostolus primus ecclesiæ Antiochena fundamenta iecit.* Ubi simul obiter notandum, valde corrupta esse utrobique nomina Coss. ex *DIONE* restituenda: priores scilicet fuerunt *Sex. Papinius Alletius & Q. Plantius*; posteriores *Cæsius Cæsar* ipse & *L. Apronius Cæsiannus*. Tandem nisi ista suffecerint, addo *Chronici* eius Auctorem, in earum, quæ primis post mortem Christi annis gestæ sunt, rerum serie chronologica pertexenda, chronologiæ sacræ in *Actis* penitus adversari. Etenim iam altero a morte Christi anno statuit *Eunuchum Candacis* a *Philippo Act. VIII.* & *Cornelium* a *Petro Act. X, XI.* ad Christiana sacra conversos esse: at martyrium *Stephani* in annum *I. Claudii*, & conversionem *Pauli* in eius annum *II.* proiicit; quasi hæc octo post conversionem *Cornelii* accidissent annis. Meminit quidem *THEODORÉTUS* quoque *sedis Petri* in urbe *Antiochena, Epist. 86.* Sed neque tempus designat, neque fundatam ab eo fuisse hanc ecclesiam asserit, nihil forte aliud his verbis dicturus, quam quod legitur *Gal. II. 11, sqq.* Qua vero de re nulla est controversia: quis enim negaverit, fuisse quondam *Petrum Antiochiæ*, & ibi quoque, sicut alibi, quamdiu adfuit, curam ecclesiæ gessisse. Idemque de *ORIGENE* sentiendum est, quando *Homil. VI.* in *Luc. I. p. 247.* *Ignatium* dicit *Episcopum Antiochiæ post Petrum secundum.* Et hæc de episcopatu *Petri Antiocheno* antè an. 2. *Claudii* gesto sufficiant: cuius sicut nullus antiquus ac fide dignus Scriptor præter *Hieronymum* meminit, ita cum *Sacra* quoque *historia* conciliari non posse videbimus in *sqq. (num. 17).*

§) Quod ad reliqua huius rei momenta attinet, *EUSEBIUS* in *Histor. Eccles.* supra c. I. cum adversariis non facit: nihil enim ibi de Romano *Petri* episcopatu, de primis *Evangelii* semi-

minibus Romæ ab eo sparsis, de anno 2. Claudii; quæ etiam si asseruisset, sibi met aliisque dictis suis fecisset iniuriam. Proinde in genere modo narrat, Evangelium Christi ἐξ ἀναστο-  
λῆν τοῖς κατὰ δύσιν attulisse Petrum, ἐπὶ τῆς κλαυδίου βασι-  
λείας: qui vero cum 14. annos imperaverit, permagni certe interest, secundo ne vel quarto, an ultimis imperii eius annis hæc contigisse dicantur. Dicemus hac de re plura (n. 20).

6) Solus igitur cum iam supersit HIERONYMUS, nescio qua fronte Cardinalis asserere potuerit, *OMNIUM TESTIMONIO CERTUM exploratumque haberi, iam anno secundo Claudii Petrum venisse Romam*: inprimis cum virum in Scriptoribus ecclesiasticis exercitatissimum latere vix potuerit, Patrum haud paucos eadem, si non maiori, fide dignos ac Hieronymus, de tempore, quo Petrus Romæ versatus sit, longe alia hinc inde in scriptis suis pronuntiasse, uti ex ipsius eorum verbis, quæ oculis lectorum cum cura subiiciemus, patebit.

7) Quo autem caussa utique dubia agatur tutius: necesse erit observationes quasdam chronologicas præmittere: CAIUS Cæsar occisus est, non *Calendis Februarii*, ut BARONIUS narrat ad *ann. 43. n. 1.* sed *nono Calend. Februar.* i. e. Ianuarii die 24. teste SUETONIO in *Caligula c. 38.* anno Christi secundum æram vulgarem; non 43. ut iterum male BARONIUS; sed 41. quod non solum USSERIUS, PEARSONIUS, SAM. BASNAGE aliique observarunt, verum ex ipsis quoque Pontificiis ANTON. PAGO *Critica in Annales Chronii* sec. I. p. 36. TILLEMONTIUS *Hist. Eccl. T. I. P. II.* p. 453. not. 2. ill. CAMILLUS a SYLVESTRIS, *Chronologie* P. II. p. m. 271. edit. Lips. 1726. cet. qui Baronium hæc in re corrigere ausi sunt. Proinde Caio successit CLAUDIUS an. Chr. 41. m. Ianuar. Imperavit *annos XIII. menses VIII. dies 20.* extinctus *III. Idus Octobr.* narrante DIONE L. LX p. m. 685. i. e. Octobris die 13. an. Chr. 54. consentientibus iam laudatis viris doctis. Post eum imperavit NERO *annos XIII. menses VIII.* uti DIO L. LXIII. p. 727. vel potius *menses VII. dies 28.* ut CLEMENS ALEXANDRINUS *Strom. L. I. p. 339.* EUSEBII *Chronicon* græcum, CASSIO-

DORUS in *Chronico* p. m. 685. & ZONARAS *Annal.* T. II. p. 190. testantur: ac proinde occisus est an. Chr. 68. Iunii die 9. recte observantibus ANTONIO PAGI, ill. CAMILLO & cel. BASNAGIO. Huius anno V. BARONIUS, BASNAGE VI, TILLEMONTIUS, DU PIN & PEARSONUS VII. sive an. Chr. 61. Paulum venisse Romam asserunt, missum a Porcio Festo Aet. XXVIII. At *concilium Hierosolymitanum* BARONIUS & PEARSONUS anno Claudii IX. BASNAGE X. TILLEMONTIUS XI. i. e. an. Chr. 51. celebratum esse statuunt. Idemque omnes anno 4. Claudii obiisse Herodem Agrippam Aet. XII. contendunt: scilicet adeo clare id testatur IOSEPHUS *Antiqq. Iud.* L. IX. c. VII. p. m. 678, 679. edit. Ittigii; ut ne ipse, quidem BARONIUS, in magnas licet angustias, ob defendendam Pontificiorum ac suam de Petro hypothesin, hac ratione coniectus negare id ausit. Ut in pauca rem conferamus:

An. Chr. 41. m. Ianuar. Caligulae successit Claudius.

An. 44. Claudii IV. Obiit Herodes Agrippa.

An. 49. vel 50. vel etiam 51. habitum est concilium Hierosolymitanum.

An. 54. m. Octobri Claudio successit Nero.

An. 59. vel 60. vel etiam 61. primo statim vere Romam venit Paulus.

An. 68. d. 9. Iunii mortem occubuit Nero.

8) His iam praemissis, quae *Patrum* fuerit sententia, ex ipsorum verbis videbimus; quos inter aetatis habita ratione primum quidem meretur locum CLEMENS *Romanus*: at vix in eo hac de re quicquam, nisi quod nomine ecclesiae Romanae *Corinthios* in egregia, quam habemus, *epistola* dehortatus a contentione & emulatione, Petri ac Pauli martyrium illis proponat: *Propter emulationem, inquit, iniquam PETRUS non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in debitum gloria locum discessit. PAULUS propter emulationem in vincula septies coniectus - - - & ad occidentis terminos veniens, & sub imperatoribus martyrium subiens,*  
sic

*sic e mundo migravit, cet.* Quæ quidem verba licet magnus SALMASIUS in *Apparatu de Primatu Papa* p. 48, 49. & ex eo doctissimus SPANHEMIUS in *Disquisitione historica, quæ Petrum Apostolum Roma nunquam fuisse coniectatur*, (quæ prima est in eius *Quaternione Dissertationum historici argumenti*) Sect. II. §. XVI. p. 45, sq. in suam potius sententiam trahere conati sint: siquidem *sermo Clementis de Apostolo utroque, Petro & Paulo, utriusque laboribus, etiam martyrio. Sed hoc cum discrimine, quod de Petro paucissimis defungitur, nec locum designans martyrii, nec profectioes in occidentem, nec Romanum Episcopatum, minus fuisse hunc sibi a Petro ante mortem conceditum. At de Paulo, ut post Petrum sublato, ut laboribus omnium maximo, ut ἐπὶ τὸ τέμα τῆς δύσεως ad fines occidentis seu Romam delato, - - sermo illi prolixior & ἐμφοτικώτατος. Proinde ignorasse Clementem Petri eam ad τέμα τῆς δύσεως profectioem, & peragrationem totius orbis, & adventum non in Italiam modo, sed & in Hispanias, Britannias, imo ignorasse martyrii Petrini locum, ceterasque circumstantias, forte in Babylonia, aut in remotiore oriente consummato eo Apostolo, cet.* Nos tamen istas conclusiones exinde rite deducere non possumus. Concludunt viri summi a silentio rei ad eius ignorationem, imo negationem: at scopus & verba Clementis ostendunt, ipsi propositum fuisse scribere, Apostolos ipsos multa ob contentiones & æmulationes passos, imo sublato esse; non vero exacte enarrare, ubi & quamdiu prædicaverint & occisi sint, aliaque eiusmodi; sic enim de Paulo quoque longe plura Clemens addidisset. De Petro paucis defungitur? sed neque de Paulo multis; quæ vero de hoc addit pauca, Corinthiis, quorum is Apostolus in primis fuerat, notissima erant, iam vero in memoriam iis revocanda, imò hic Apostolus in oculis ponendus eorum, qui binas ab eo litteras in hoc ipso negotio acceptas servabant. Locum martyrii Petri non designat Clemens? sed nec Pauli; illud enim μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγεμένων, nimis generale est, quam ut de Nerone ac Roma accipi deberet, nisi aliunde hoc innotuisset. Ne id quidem

innuit, post Petrum sublatum fuisse Paulum. Nec profectio-  
 nes Petri in occidentem, in primis Hispanias, Britanniam, nec  
 Romanum episcopatum designat? scilicet ævo Clementis non-  
 dum excogitarant ista figmenta Romani. Quæ vero est con-  
 sequentia: Clemens horum non meminit; E. Petrum Romæ  
 nunquam fuisse asserit? Romanum verò episcopatum sibi &  
 Petro ante mortem fuisse concreditum qui scriberet: cum sui  
 vel episcopatus vel diaconatus nullam hic iniecerit mentionem,  
 imo pro ratione finis, quem sibi proposuerat, iniicere non de-  
 buerit? Atqui Paulum Romam delatum esse Clemens enarrat:  
 καὶ ἐπὶ τὸ τέρας τῆς δύσεως ἐλθῶν; cur idem quoque de Petro  
 non notavit? Mallem hic ego Hispanias, quam Romam intelli-  
 gere, idque meliõri ut puto iure; ut adeo, ubi e primis Roma-  
 nis vinculis evasit Apostolus, impleverit quæ Rom. XV. 24, 28.  
 scripserat: certe idem asserunt ATHANASIUS *Epist. ad*  
*Dracontium*, Opp. T. I. p. 956. CHRYSOSTOMUS *Homil.*  
*de laudibus Pauli*, & *Homil. LXXVI. in Matth. XXIV. 14.* p. 613.  
 EPIPHANIUS *Hæres. XXVII.* p. 107. HIERONYMUS *in*  
*Iesai. XI. 11, sq.* Opp. T. V p. 44. CYRILLUS *Hierosolym.*  
*Cateches. XVII. 26.* & THEODORITUS *in 2. Tim. IV. 17.*  
*ac Phil. I. 25.* Ut de GREGORIO M. ISIDORO, BEDA,  
 ADONE & Isq. sileam. Ac licet GELASIUS Papa &  
 INNOCENTIUS I. hanc suam promissionem Paulum non  
 implevisse tradant: nihil tamen inde adversus nos ex Clemen-  
 te probari potest. Imo tantum abest, ut hoc tuo silentio ne-  
 get Clemens, Petrum unquam Romæ fuisse: ut potius ex istis  
 iam prolatis verbis eius, si recte perpendantur, contrarium ali-  
 quo modo colligi posse videatur. Etenim ecclesia Romana in  
 hac Clementis epistola, proponit Corinthiis exemplum Apo-  
 stolorum, qui Romæ prædicaverant Evangelium ac utrobique  
 erant notissimi. Si vero Petrus nunquam Romæ fuisset, quia  
 potius forte in Babylonia, aut in remotiore oriente mortem  
 occubivisset: cur huac, & non alium potius Apostolum Paulo  
 adiunxit? cur eius loco Andreæ non fecit mentionem, tan-  
 quam Corinthiis & Romanis optime noti, certe his positus  
 Petro

Petro notioris? nam cum præter Scythiam & Thraciam in provinciis Romanis Italiæ proximis, Epiro, Græcia, Achaia prædicasse multaque ibi passum, imo cruci etiam adfixum fuisse tradunt GREGORIUS *Nazianzenus*, HIERONYMUS, CHRYSOSTOMUS, THEODORETUS, PHILASTRIUS, SOPHRONIUS, ceteri, quorum loca vide: in cel. FABRICII *Salutari Luce Evangelii* p. 98, sqq. Adde ISIDORUM Opp. p. 365. DRUTHMARUM &c. Quid multa? utut concedamus, ex epistola Clementis non posse satis ostendi, Petrum Romæ fuisse: negamus tamen ex eadem probari contrarium.

9) Clariora sunt, quæ apud IGNATIUM occurrunt in *Epist. ad Romanos*: ubi precibus eos omnibus orat & obtestatur ad supplicium ducendus Ignatius: dimittant eum bestiarum esse cibum. Addit notabiliter §. IV. *Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis. Illi Apostoli, ego condemnatus.* Pari, ni fallor, potestate præcipiendi cum Romanis, tum aliis gentibus gaudebant Apostoli omnes; idque ipse agnovit Ignatius: & tamen non omnium, sed ex omnibus Petri modo & Pauli mentionem hic facit, quia scilicet hos solos Romanis præcepisse roverat. Verba oppido clara: *Non præcipio vobis, Romani, ut Petrus & Paulus* scil. præceperunt vobis. Et de Epistolis eorum hic non tam sermonem esse, quam de viva potius voce, exinde constat, quod ambæ Petri Epistolæ non speciatim ad Romanos, sed ad Iudæos peregrinantes in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia datæ sint, ut inscriptio docet.

10) PAPIAS quoque teste EUSEBIO *Hist. Eccles.* L. II. c. XV. olim memoriæ prodidit, illud *secundum Marcum Evangelium Roma* rogatu Christianorum compositum & auctoritate Petri comprobatum esse: cui sec. III. CLEMENS L. VI. ὑποτυπώσεων adstipulatus est, secundum eundem Eusebium l. c. Sed & TERTULLIANUS de *Baptismo*, c. IV. p. 225. *Petrum in Tiberi tinxisse* diserte asserit. Et de *Prescriptione Hæreticorum* c. XXXVI. p. 215. *Si Italia, inquit, adiaces, habes Romam. - - - Ista quam felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi. PETRUS passioni*  
Y
Domie



*Dominica adequatur: ubi Paulus Ioannis exitu coronatur: ubi  
Apostolus Ioannes in oleum igneum demersus, cct. Conf. eius  
Scorpiae c. XV. p. 500. Unde CYPRIANUS etiam huius  
vestigii insistent, Epist. LII. ad Antonianum, p. 75. locum  
Fabiani episcopi Romani tunc vacuum, locum Petri: & Epist.  
LV. ad Cornelium, p. 95. ecclesiam Romanam Petri Cathedram  
atque ecclesiam principalem vocavit. Et seculo IV. OPTA-  
TUS Afer, L. II. contra Parmenianum: Igitur negare, in-  
quit, non potes, scire te in urbe Roma Petro primo cathedram  
episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum  
caput Petrus, unde & Cephas appellatus est. T. IV. p. 274. in  
Biblioth. M. Patr. Et GREGORIUS Nazianzenus, Πάμν δὲ  
Παῦλος καὶ Πέτρος κληρονομοί. De Se ipso adv. invidios, Opp. T.  
H. p. 188. Et AUGUSTINUS contra Petilianum L. II,  
Opp. T. VII. p. 122. Cathedra tibi quid fecit ecclesia Romana,  
in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet: vel eccle-  
sia Hierosolymitana, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioan-  
nes sedet? Qui tamen ipsi testantur, longissime se abesse ab  
eiusmodi conclusionibus, quas exinde deducere conantur Pa-  
pistæ. Nam CYPRIANUS in lib. de Unitate Ecclesie con-  
trarium hinc inde loquitur manifeste: & ad Quintum Epist.  
LXX. p. 140. Non est, inquit, consuetudine prescribendum,  
sed ratione vincendum. Nam nec Petrus, quem primum Do-  
minus elegit & super quem edificavit ecclesiam suam, cum se-  
cum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vindicavit  
sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit: ut diceret se  
primatum tenere, & obtemperari a novellis & posteris sibi po-  
tius oportere. Et ex eo AUGUSTINUS idem monet L. II.  
de Baptismo T. VII. p. 390. Qua de re toties a Protestantibus  
tractata, imo evicta, plura horum aliorumque testimonia &  
exempla antiquitatis luculentissima proferre haud necesse est:  
videantur inter alios bene multos, qui id egregie præstiterunt,  
GUIL. WHITAKERUS de Pontifice Romano, Controv. IV.  
Quæst. IV. & IO. LA PLACETTE in peculiari volumine  
Observationum Histor. Ecclesiast. de hoc negotio, imprimis P. II.  
Observ.*

Observ. XX. & XXI. p. m. 304. sqq. ac inter ipsos Pontificios LUD. ELL. DU PIN de *Antiqua Ecclesia disciplina*, Dissert. IV. §. I. p. m. 308, sqq. & §. II. p. 313, sqq. Rem in pauca contulit vir olim in hoc litterarum genere magnus, THOMAS FTTIGIUS *Select. Capp. Hist. Eccles. sec. I. Cap. IV. §. III. p. m. 229.* *Non inficiamur*, inquit, *Petrum, si Roma fuit, illo tempore etiam Romana ecclesia episcopum fuisse, ea nimirum ratione, qua omnes Apostoli habitus & potestate totius orbis, actu vero illius Urbis & provincia, in qua Apostolico munere functi sunt, episcopi fuerunt, ut docet M. ANTONIUS de Dominis de Republ. eccles. Lib. I. c. 8. thes. 5. item Lib. IV. c. 1. thes. 8. Nec alio sensu Patres intelligendi sunt, qui Petrini in Roma episcopatus, aut sedis & cathedra Petrina meminerunt, ut notat DANNHAUERUS in *Christeid. p. 104.* Si autem vocabulum *Episcopi iuxta Romana curia stilum accipiamus, Romanus Petri episcopatus omni veritatis fundamento destituitur, sive plures sive pauciores annos illi tribuamus.* Confer. § VII. p. 233. Sed e diverticulo in viam redeamus. Et hi quidem Scriptores, (ut taceam *Anonymum*, qui circa finem II. & initia III. seculi vixit, & teste EUSEBIO *Hist. Eccl. L. V. c. XXVIII. p. 195.* de Victore, episcopo Romano, hæc habet: *Ὁς ἦν τρισκαίδεκάτος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ρώμῃ ἐπίσκοπος.* item ARNOBIUM, AMBROSIVM, PROSPERUM, aliosque partim supra nominatos, partim hinc inde nominandos) Romæ quondam fuisse Petrum asserunt cuncti: tempus vero adventus eius, & annos gesti episcopatus non designant. At IUSTINUS Martyr, licet de honoribus *Simoni Mago* Romæ habitis egerit. fat multis, in *Apolog. II. Opp. p. 69. & 91. conf. Dialog. cum Tryphone p. 349.* de *Petro* tamen prorsus fillet.*

II) Ad illos Seculi II. Patres nunc veniamus, qui maiorem huius rei cognitionem dederunt posteris. Eminent inter eos testis fide dignissimus, DIONYSIVS Corinthiorum Episcopus, qui in sua *ad Romanos epistola*, Soteri eorum Episcopo circa an. Chr. 170. nuncupata: *Ita & vos*, inquit, *tanta admonitione vestra, sementem, qua Petri & Pauli satione succrevere-*

rat, Romanos scilicet & Corinthios, simul commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi, sparsa Evangelica doctrina semine nos (Corinthios) instituerunt: & IN ITALIAM SIMIL PROPECTI, cum vos (Romanos) similiter instituisent, eodem tempore martyrium pertulerunt. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμοίως διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν. EUSEBIO teste in *Hist. Eccl.* L. II, c. XXV. p. 68. qui his verbis recitatis notabiliter addit: *Hac idcirco retuli, ut rei gesta memoria magis ac magis firmaretur.* Confer. L. IV, c. XXIII. Et Dionysio auctoritate non minus quam ætate suppar IRENÆUS, non solum L. III, c. III. hanc maximam & antiquissimam (puta in occidente) a gloriosissimis duobus Apostolis PETRO ET PAULO ROMÆ FUNDATAM & constitutam ecclesiam nuncupat; quam fundantes & instruente beati Apostoli, Lino Episcopatum administranda ecclesia tradiderunt: verum idem quoque c. I. clarius exponit his verbis; MATTHÆUS in Hebrais ipsorum lingua Scripturam edidit Evangelii, cum Petrus & Paulus Roma evangelizarent, τὸ Πέτρος καὶ τὸ Παῦλος ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν. Post vero horum excessum, MARCUS discipulus & interpres Petri, & ipse quæ a Petro annuntiata erant, perscripta nobis tradidit. Μετὰ δὲ τὴν τέτων ΕΞΟΔΟΝ κ. τ. λ. Ubi simul notandum, Apostolorum ἕξοδον, sive ut vetus Interpres reddidit, EXCESSUM, posse intelligi vel e vi-ta, vel urbe Roma. Priori modo si acceperis, uti etiam capienda videntur, PAPIÆ & CLEMENTI Alex. qui illum sequitur, aperte contradicit Irenæus: illi enim, teste EUSEBIO (supra num. 10) volunt, Marcum vivo adhuc Petro scripsisse Evangelium. Posterior explicatio faceret, ut duplicem Petri in urbem ingressum admitteremus: priorem quidem hunc, de quo Irenæo sermo fuit; posteriorem vero ad martyrium; utrumque tamen sub Nerone, ut n. 16, videbimus.

12) Proximus ab Irenæo est CAIUS, ἐκκλησιαστικός ἀνὴρ apud EUSEBIUM, i. e. Presbyter ecclesie Romana, secundum PHOTIUM Cod. XLVIII, p. m. 35. qui temporibus Victoris

Ὁ Ζεφυρίνης floruit, & in eo libro, quem scripsit *adversus Pro-*  
*clum*, non solum cum Ireneo ambos Apostolos fundatores ec-  
 clesiae Romanae agnoscit: sed novam quoque πρὸς τῶν τόπων,  
 ἢ τὰ τῶν ἐξημένων ἀποστόλων τὰ ἱερὰ σκηνώματα καταλεῖθεται,  
 addit circumstantiam. Ego vero, inquit, *Apostolorum tropaeum*  
*possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem*  
*viam pergere libes, invenies τὰ τέρατα τῶν ταύτην ἰδουσαμέ-*  
*νων τῆν ἐκκλησίαν* teste EUSEBIO, *Hist. Eccles. L. II. c. XXV.*  
 Ultima in primis verba nobiscum & Ireneo faciunt: quod  
 autem priora attinet, ὡς ἐν παρόδῳ notamus, HIERONY-  
 MUM in *Catalogo*, CHRYSOSTOMUM quoque, & sequen-  
 tium seculorum Scriptores non paucos eadem asserere. Sic  
 AUGUSTINUS *de Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli*, qui  
 est *Sermo CVI. de Diversis*, in *Supplemento Opp. Augustini*  
 ab Hieron. Vignier edito Paris. 1654. T. I. p. 303. *Iacet*, in-  
 quit, *Petri corpus Romae, iacet Pauli corpus Romae.* Utrius-  
 que tumulos, ut suo tempore ostendebantur, eleganter depin-  
 xit PRUDENTIUS *Hymno XII.* Quando vero condita fue-  
 rint eorum corpora, Petri, si credere fas est, in Vaticano pa-  
 latii Neroniani, & Pauli in via Ostiensi; tacente antiquitate,  
 primus, ni fallor, post quinque demum secula & ultra tradere  
 adgressus est GREGORIUS M. L. III. *Epist. XXX.* ubi ad  
 Constantiam Augustam ita scribit: *Constat, quia eo tempore*  
*quo passi sunt (Apostoli) ex oriente fideles venerunt, qui eorum*  
*corpora, sicut civium suorum repeterent: qua ducta usque ad*  
*secundum urbis miliarum, in loco, qui dicitur ad catacumbas,*  
*collocata sunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multi-*  
*tudo conveniens niteretur: ita eos vis tonitruum atque fulguris*  
*nimio metu terruit atque dispersit, ut talia denuo nullatenus*  
*attemptare presumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum*  
*corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, &*  
*in locis, in quibus nunc sunt condita, posuerunt.* At huius  
 Pontificis auctoritas nequaquam impedire potuit sqq. seculor-  
 um Scriptores, quo minus novam cuderent fabulam, eamque  
 ab hac totam diversam. Mox enim Pseudo DAMASUS in

*Libro Pontificali*, & ex eo forte FRECULPHUS, *Chronici* T. II. L. III. c. VII. circa initium sec. IX. memoriz prodidit: *Cornelium Roma Episcopum, rogatum a quadam matrona Lucina, corpora Apostolorum de tumbis levasse noctu, & posuisse Pauli quidem via Ostiensis, ubi decollatus est: Petri autem iuxta locum, ubi crucifixus est intra corpora SS. Episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatii Neromiani, III. Cal. Iulii sub principibus prefatis; puta Gallo & Volufiano, an. Chr. 252. Et ne fides deesset narratiunculæ, finxerant quæque Epistolam ab ipso Cornelio hac de re olim fuisse exaratam, quæ exstat T. I. Conciliorum LABBEI p. m. 668, sq. cuius contenta qua ratione SEVERINUS BINIUS, qui genuinam esse & immerito de fide & auctoritate taxari, in Notis ad h. l. putat, cum iam allatis Gregorii I. verbis conciliare queat, id ipsi relinquimus discutiendum, qui cum LABBEO aliisque Pontificiis *quisquillas istas* averfamur. Rursus eodem seculo CHRISTIANUS DRUTHMARS *Exposit. in Matth. Evang. c. XXVI. in Bibl. M. Patr. T. IX. P. I. p. 889.* Gregorium papam sequitur, mutatis tamen quibusdam circumstantiis, nec ulla miraculi facta mentione.*

13) Seculo III. ORIGENES *ἐν τρίτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικῶν*, præter alia, de Petro quoque hæc memoriz prodidit: *Petrus per Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam atque Asiam Judæis, qui in dispersione erant, predicasse existimatur. QUI AD EXTREMUM ROMAM quoque VENIENS, (ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος) cruci suffixus est capite deorsum demisso: sic enim ut in cruce collocaretur oraverat.* teste eodem EUSEBIO L. III. c. I. Et Petrum quidem deorsum fuisse in crucem modo contrario quam Dominus sublatum, deinceps quoque tradidere HIERONYMUS in *Catalogo*, CHRYSOSTOMUS, *Homil. LXVI. in Genes. XLVII. 29, 30. & Homil. V. in 2. Tim. II. 13.* & secundum eos alii plures: Quod autem *tempus* attinet, quo Petrus Romam venerit, tanquam præcipuum causæ momentum, prorsus cum Origene facit, clariusque rem proponit, qui eius utique gnarus esse potuit,

tuit, & circa finem huius ac initia sequentis seculi vixit, LACTANTIUS de *Mortibus Persecutorum* c. II. p. m. 523. *Inde, inquit, scilicet ab ascensione Christi, discipuli, qui tunc erant undecim, assumtis in locum Iuda proditoris Matthia & Paulo, dispersi sunt per omnem terram ad Evangelium pradicandum, sicut illis magister Dominus imperaverat, & per annos 25. usque ad principium Neroniani imperii per omnes provincias & civitates, ecclesie fundamenta miserunt. CUMQUE IAM NERO IMPERARET, PETRUS ROMAM ADVENIT, & editis quibusdam miraculis, - - convertit multos ad iustitiam, DEOQUE templum fidele ac stabile collocavit. Qua re ad NERONEM delata, cum animadverteret non modo Roma, sed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, - - - Petrum cruci adfixit, & Paulum interfecit. Et Lib. IV. Institutionum Divinar. c. 21. p. 214, 1q. PETRUS ET PAULUS ROMÆ PRÆDIGAVERUNT, & ea pradicatio in memoriam scripta permansit; in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse dixerunt: UT POST BREVE TEMPUS IMMITTERET DEUS REGEM, qui expugnaret Iudæos, & civitates eorum solo adaquaret, ipsos autem fame sitique confectos obsideret. Tum fors, ut corporibus suorum vescerentur, & consumerent se invicem. - - - Itaque post illorum obitum, cum eos Nero interemisset; Iudæorum nomen & gentem VESPASIANUS extinxit, fecitque omnia, qua illi futura pradixerant.*

14) Sec. IV. ineunte PETRUS, episcopus *Alexandrinus* & sub Diocletiano martyr, *Canon. IX. Epist. de Pœnitentia*, quæ exstat *Concilior. Labbei T. I. p. 962.* cum his consentit: *Similiter, inquit, ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἀτιμασθεὶς, ὑπερον ἐν Ῥώμῃ ἐσαυρώθη καὶ ὁ περιβόητος Παῦλος πλεοάκις παραδοθεὶς - - ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ αὐτὸς μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, κ. τ. λ.* *Petrus Apostolorum primus, sepe comprehensus, & custodia traditus, ignominiaque affectus, POSTREMO Romæ crucifixus est. Et inclitus Paulus sepe traditus & ad mortem usque in periculum adductus, & in multis persecutionibus & afflictionibus gloria-*

tus,

*tus, in eadem urbe ipse quoque gladio capite multatus est: qui, in quibus gloriatus est, ipse in iis vitam finit.* Iisdem exemplis aliquot annis post usus est in pari causa ATHANASIUS, eiusdem ecclesie præsul, *Apolog. I. ad Constant. de fuga, Opp. T. I. p. 713. Petrus, inquit, qui ob metum Iudeorum in latebris se habuit, & Paulus Apostolus in sporta demissus & ita fugiens, ἀκούσαντες εἰς Ρώμην δέῃ ὑμᾶς μαρτυρῆσαι, ἕκ ἀνεβάζοντο τὴν ἀποδημίαν, χαίροντες δὲ μᾶλλον ἀπῆλθον* audientes: *Roma oportet vos martyrium subire; non abiecerunt eam professionem, sed potius cum gaudio abierunt.* Ac rursus paulo post, & quidem medio hoc seculo, CYRILLUS Hierosolymitanus, *Catech. VI. in Biblioth. M. Patr. T. IV. p. 410.* Petrum & Paulum Romæ simul sese Simoni opposuisse, simul etiam præsides ecclesie fuisse asseruit. Idemque mox clarius explicuit EPIPHANIUS in *Heresi XXVII. Carocratianorum: Εὐ Ρώμῃ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ Ἀπόστολοι, αὐτοὶ καὶ Ἐπίσκοποι.* Unde & deinceps utrumque catalogo episcoporum Romanorum inserit. Ne autem hæc assertio in alium, quam ipse velit, sensum detorqueatur, & Apostolos universales doctores orbis, unius modo urbis statuat episcopos; opportune monet: *Veruntamen & hac ratione poterant viventibus adhuc Apostolis Petro scilicet ac Paulo Episcopi alii surrogari: quod iidem illi prædicandi Evangelii gratia in alias Urbes regionesque professionem susciperent. Carere autem Episcopo Roma non posset: siquidem Paulus in Hispaniam pervenit; Quam observationem clarioribus verbis confirmat RUFFINUS, Præfat. in Recognit. Clement. Vol. I. apud Cotelerium, p. 486. Linus, inquit, & Cletus fuerunt ante Clementem Episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro: videlicet ut illi episcopatus curam gererent; ipse vero Apostolatus impleveret officium.* Tandem labente iam seculo supra laudatus CHRYSOSTOMUS in *Act. XI. Homil. XXV. p. 630.* testatur, Apostolos, *quamdiu Paulus in Romam non pervenit, mansisse Hierosolymis: Εὼς Παῦλος εἰς Ρώμην μὴ ἀνέβαινεν, ἐκεῖ ἦσαν.* Id vero non Claudio, sed Nerone imperante factum. Confer *Homil. LXX. in Matth. p. 582.*

ubi,

ubi, quin inter Apostolos ἐπὶ πλείον τῇ Ἰσραὴλ διατεθειμένους  
 Petrum quoque retulerit, vix dubitamus. Quid? quod ipse  
 quoque CHRONICI ALEXANDR. Auctor Apostolos, an-  
 no VI. Claudii, quo celebratum esse putat concilium Hiero-  
 solymitanum, nondum a se invicem disiunctos fuisse asserit,  
 vid. quæ supra notavimus §. 2. (c) p. 9.

15) Addam duos insignes Scriptores, eosque ambos paullo an-  
 te medium sec. V. in occidente claros; quorum alter Leonis I.  
 papæ notarius, verba Irenæi & Cæli illustrare videtur: alter  
 Lugdunensis Origeni & Lactantio adkripulatur. Ille est PRO-  
 SPER Aquitanus, vel quisquis Auctor est libri *de Promissioni-  
 bus DEI*, Augustinum attingens; ubi c. V. partis ultimæ, quæ  
*Dimidiam temporis* nuncupatur, legimus sqq. *Petrus & Pau-  
 lus Apostoli in urbe Roma gentium ecclesiam, (in qua Christi Do-  
 mini doctrinam erudiebant) pacatam unamque posteris tradentes,  
 sanguine memoriisque suis ex dominica passione sacrarunt.* T. V.  
 P. III. *Biblioth. M. Patr.* p. 44. Hic vero EUCHERIUS in  
 tract. *de Questionibus difficilibus N. T.* ibid. T. V. P. I. p. 768.  
*Petrus, inquit, Cappadociam atque Galatiam, Bithyniam pari-  
 ter & Pontum; provinciasque confines, dum Iudeis predicat,  
 circuit: POSTREMO ROMAM ILLUSTRATURUS ACCESSIT.*  
 Agmen denique horum omnium claudent DOROTHEUS,  
 SOPHRONIUS & NICEPHORUS. Ille, vel ejus potius  
 an. Chr. 525. exscriptor Anonymus, a GUILIELMO CA-  
 VE ex MSS. editus, *Histor. Litter.* p. 104, sqq. e Tyrio, quem  
 sibi fingit, Dorotheo narrat: *Petrum Apostolum, post discessum  
 ab Antiochia, in Galatia, locisque Ponti mediterraneis, & in  
 omni Cappadocia & Bithynia Evangelium predicasse: ὡς ἔσθ' οὖν δὲ  
 καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πάση καὶ Ρώμῃ.* l. c. p. 107. Conf. tamen,  
 quæ monuit eruditissimus CAVEUS, p. 109. n. 3. Ille, Hie-  
 rosolymitanus ab A. Ch. 629, ad 638. Patriarcha, in *fra-  
 gmento*, quod sub eius nomine, *de laboribus, servaminibus &  
 peregrinationibus SS. Petri & Pauli*, exstat in *Bibl. M. Patr.*  
 T. IV. p. 970. post conversionem Cornelii & vincula ab He-  
 rode tolerata longe plura Petri recenset itinera, iisque indica-



tis addit: *TUM DEMUM ROMAM PERVENIT, ibique cum Paulo Apostolo 30. Neronis anno passus est.* NICEPHORUS vero *Constantinop.* in *Tesaurus temporum* p. 308. eos recensens: *Qui Roma Episcopatum gesserunt a Christo & Apostolis: Petrus, inquit, Apostolus annis 2.* Conf. T. IX. P. I. *Biblioth. Magn. Patrum* p. 13.

16) Sed testium satis: nunc testimoniorum subducamus calculum. Et primum quidem, clare satis videmus non sub Claudio, sed cum iam Nero imperaret, *postremo, ἐπὶ τῆς* scilicet prædicationis, Apostolatus, adeoque ipsius vitæ, Romam venisse Petrum, totidem verbis testari ORIGENEM & ex eo EUSEBIUM ipsum, LACTANTIUM (num. 13.) CHRYSOSTOMUM (n. 14.) EUCHERIUM, DOROTHEI Exscriptorem (n. 15.) non repugnantibus PETRO *Alex.* (n. 14.) SOPHRONIO & NICEPHORO, qui Apostolo annos 2. tribuit, non amplius, (n. 15). Deinde observamus DIONYSIUM Corinthium & ATHANASIUM idem asserere. Cum enim ille Petrum & Paulum in Italiam simul profectos, institutis Romanis, eodem tempore martyrium pertulisse doceat (n. 11); & hic istud amplius illustret, affirmans eos audientes, Romæ oportet vos martyrium subire, cum gaudio illuc abiisse (n. 14); Paulus vero non sub Claudio, sed Nerone Romam venerit (n. 7): Petrum quoque sub Nerone demum venisse Romam ex utriusque, ni fallor, sententia recte concluditur. Tandem & reliquos supra nominatos ab his in diversa haud abire colligimus. Eorum enim nemo solius Petri mentionem iniicit, nemo Petrum a Paulo, quantum ad Romanos attinet, ulla ratione distinguit; contra omnes utrumque Romæ in obeundo munere doctoris coniungunt; & id quidem eiusmodi verbis, ac si Petrum non nisi cum Paulo sociatis laboribus prædicasse Romæ vellet dicere ipsi. Sic IRENEUS (n. 11.) CAIUS (n. 12.) LACTANTIUS (n. 13.) ambos hos Apostolos Romæ evangelizasse & fundasse ecclesiam: sic CYRILLUS Hierosol. & EPIPHANIUS (n. 14.) eos primos fuisse Romæ Apostolos & ecclesiæ simul præ-

fides,

fides, simul etiam Simoni se opposuisse: sic denique PRO-  
 SPER (n. 15.) ambos hic erudiisse gentium ecclesiam & pa-  
 catam unamque posteris tradidisse, uno fatentur ore. Proinde  
 cum Paulus non nisi sub Nerone fuerit Romæ: Petrum eodem  
 quoque tempore ibi cum eo fuisse, non vero sub Claudio,  
 asserunt cuncti. Certe in *Institutionibus* suis LACTAN-  
 TIUS, dum *Petrum & Paulum Romæ prædicasse* asserit, hæc  
 verba non aliter vult intelligi, quam Petrum eodem tempore  
 cum Paulo, i. e. non sub Claudio, sed Nerone ibi prædicasse, sicut  
 ex alio eius testimonio abunde probavimus; & ceteri iisdem  
 utuntur phrasibus, nec aliquid in illis occurrit, unde aliter eos  
 sensisse per speciem veri ullam concludi posset. Imò idem  
 cum DIONYSIO sensisse IRENÆUM, exinde haud imme-  
 rito colligimus: quod epistola Dionysii non potuerit non  
 apud Romanos, quibus scripta erat, & notissima esse & aucto-  
 ritate valere, ob eximiam viri sanctimoniam vitæ & doctrinæ  
 pietatem. Romam vero Irenæus a Lugdunensibus ad Eleuthe-  
 rum papam missus erat octavo post anno, quam illa ad Soterem  
 pervenerat: proinde quoque Irenæo innotuit. Qui tamen  
 tantum abest, ut in eadem re narranda quicquam mutet, aut a  
 Dionysio dissentiat, eiusque sententiam corrigat: ut iisdem  
 fere verbis illam proponat, additis novis circumstantiis ex in-  
 signi, quem sibi in Oriente & alias collegerat, historix eccle-  
 siasticæ thesauro. CAIUM vero presbyterum Romanum &  
 PROSPERUM Leonis I. notarium sequi Dionysium & Ire-  
 næum idemque prorsus sentire cum his, tanquam testibus an-  
 tiquissimis & fide dignissimis, qui ipsos Apostolorum disci-  
 pulos quondam audiverant, & res & verba loquuntur. Quod  
 forte de EPIPHANIO quoque pronuntiandum erit: utique  
 enim ille Irenæum sibi in aliis elegit ducem, vid. *Heres. XXXI,*  
*Valentin. Opp. T. I. p. 173, sqq.*

17) Cum allatis Patrum testimoniis præclate consentit histo-  
 ria sacra. Et primum quidem tota, quæ in Actis Apost. de-  
 prehenditur, rerum a D. Petro gestarum narratio docet, ante  
 annum Claudii IV. extra Palæstinam eiusque loca vicinâ illum

non pervenisse; inde enim a c. II. ad VIII. Hierosolymis cum mansisse legimus. C. VIII. mittitur cum Iohanne Samariam, indeque reversi sunt *εις Ιερουσαλημ v. 25.* in hoc ipso tamen itinere *πολλὰς τε κώμας των Σαμαρειτων ευηγγελισαντο.* quorsum & illud pertinet c. IX. 32. quod scilicet Petrus *διερχόμενος δια πάντων* Lyddam devenerit: quæ civitas cum Ioppæ propinqua esset v. 38. huc quoque rogatus transit, mansitque *ήμέρας ικανάς, v. 43.* donec tandem a Cornelio evocatus Cæsaream Pælestinz iussu Domini abiret c. X. 23. fere e regione Samariæ versus occidentem ad mare sitam, ibique *ήμέρας τινάς* permanens v. 48. ascenderet Hierosolyma c. XI. 2. In hoc igitur itinere Petrino nulla *Antiochia* mentio; quid quod ne quidem probabile est, venisse Petrum Antiochiam, quæ ultra 50. miliaria Cæsarea septentrionem versus distabat; in Samariam enim missus erat, & in eius metropoli vicisque plurimis Evangelium prædicavit c. VIII. 14, 25. nec Cæsaream, imò ne Ioppem quidem adiisset, nisi a fratribus & Cornelio rogatus c. IX. 38. & c. X. licet Samariæ urbes maritimæ hæc essent. Quo igitur modo nobis persuaderi patiamur, Petrum in Syriam & urbem ethnicam, tanto spatio distantem, penetrasse? præsertim cum Antiochenæ initia ecclesiæ in Actis non adeo sint neglecta, ut genuinam potius originem eius dispersis ex afflictione, orta ob Stephanum, Cypriis præsertim & Cyrenensibus quibusdam tribuatur, c. XI. 19, 20. Cuius rei fama, Hierosolymam perlata missus est, non Petrus, sed Barnabas, qui deinceps Paulum sibi socium adscivit. Ubi vero interea Petrus? Hierosolymam rediisse vidimus ex versu 2. ubi deinceps ab Herode Agrippa in carcerem coniectus c. XII. 3. a Domino vero liberatus tum demum *επορεύθη εις ετρανον τόπον v. 17.* secuta statim Herodis morte v. 19, sqq. EUSEBIUS *Hist. Eccles. L. II c. X. p. 47. Haudquaquam diu dilata vindicta est: sed continuo divine iustitie minister angelus ab eo penas expetiit. Cum enim παραυτίκα μετά την των αποστόλων επιβλην, κ. τ. λ.* Iam cum vitam Herodes Agrippa anno Claudii IV. finierit, (n. 7. p. 158): salum est, Petrum ante annum II. Claudii fundasse ecclesiam

Antio-

Antiochenam; falsum; venisse illum eodem anno Romam; falsum denique viginti quinque annis eiusdem urbis episcopum perseverasse. Neque coniectura adversariorum, quam exceptionis loco pro defendenda mala causa adferunt, eos quicquam iuvat: *Videri scilicet Petrum ecclesiam Antiochia fundasse ex Iudais duntaxat, nondum ex gentibus congregatam; Evangelium enim gentibus ea in urbe, non nisi post aliquod temporis intervallum, predicatum est a discipulis, qui dispersi fuerant, &c.* NATALIS ALEX. *Hist. Eccles. Sec. I. Diss. XIV. p. 153.* Etenim ex tota, quam hic exhibuimus, itinerum & laborum Petri historia, inde a cæde Stephani ad annum IV. Claudii a D. LUCA non susque deque habita, sed accurate cogitateque scripta, apparet: nihil prorsus in *Actis* esse, quod pro eiusmodi sede Petri Antiochena faciat; imo vero etiam totam historię feriem huic hypothese adeo repugnare, ut ne per vim quidem inde possit aliquid extorqueri. Sed & falso supponunt adversarii, Evangelium Antiochię fuisse *gentibus* predicatum a dispersis illis fratribus: hos enim tanquam eorum forte rerum ignaros, quæ Cæsareæ Act. X. & Hierosolymis Act. XI. 1-18, hoc ipso tempore gestæ erant, quoque, ut in *Phœnicia & Cypro*, ita *Antiochia* nemini ausos fuisse verbum annunciare, nisi *solis Iudeis*, testis est Lucas v. 19. ac tandem etiam Hellenistis v. 26. qui ortu quidem gentiles, ac sacra Iudeorum proselytorum instar complexi erant vid. IO CHRISTOPH WOLFFII *Cura Philol. Crit.* ad h. l. confer etiam, quæ supra monuimus (n. 3. p. 155).

18) Deinde ne id quidem ad veritatem dicitur accommodate, ivisse Apostolum Romam ante concilium Hierosolymitanum. Ponamus enim cum BARONIO, NATALI ALEXANDRO, & sequacibus, istud concilium celebratum esse anno IX. Claudii, ac proinde integrum modo quinquennium hoc inter & mortem Agrippæ numerandum esse. At Antiochenam sedem ante tenuisse Petrum, quam Romam veniret, & quidem non 5. sed 7. annis, hi ipsi contendunt adversarii. Quin & veteres testantur, ORIGENES (n. 13.) ipse HIERONYMUS,

MUS, quo solo nituntur, supra p. 149. LEO I. *Sermone I.* in *Natali Apostolorum*, Opp. p. m. 67. & ex iis alii, prædicasse illum etiam in Ponto, Galatia, Cappadocia, &c. ac tum demum Romam perrexisse. Affirmat quoque *Chronicon ALEXANDR.* ante concilium Hierosol. non disiunctos inter se fuisse Apostolos, (n. 14. p. 169). Proinde ex propria eorum hypothese sequitur manifeste, Petrum non nisi duobus post concilium annis in Italiam pervenire potuisse: idque tum demum sequitur, cum scilicet simul ponamus, Apostolum e carcere liberatum recta contendisse Antiochiam. Atqui de eo quoque silet LUCAS, ἐξελθὼν, inquit, ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον Act. XII. 17. ubi, si Antiochiam tunc adisset; annum huius potius urbis nomen addidisset Lucas, qui eius alias tæties in Actis mentionem iniecit, imo primam Christiani nominis matrem fuisse testatus est c. XI. 26. Neque tamen silet tantum, verum quoque adversatur. Etenim c. XIII. 1, sqq. recensens Prophetas & Doctores ecclesiæ Antiochenæ, postquam Hierosolymis reversi essent Paulus & Barnabas, adeoque post mortem Agrippæ, Apostoli Petri ne verbo quidem meminit: qui tamen si adfuisset, primo certe loco fatentibus adversariis nominandus esset hos inter, quibus revelatio divina obtigisset v. 2. quique Paulo & Barnabæ manus cum ieiunio ac precibus imposuissent v. 3. Proinde utique magis est probabile, fecerisse Apostolum εἰς ἕτερον τόπον in vicinia, donec illa defæviret tempestas; cumque Herodes ἐπιζητήσας αὐτὸν paullo post obiisset, Hierosolymam rediisse, tutiorem iam sub Præside Romano, quam sub Herode & Pharisæis futurum: certe enim in concilio Hierosolymitano adfuit c. XV. 7. eoque finito Antiochiam demum venit, teste Paulo Gal. II. 11. Ast Romam statim abiisse e carcere liberatum clamitant dissentientes, ibique mansisse usque ad annum 9. Claudii, quo expulsis ab Imperatore ludæis Hierosolymam venit, ac finito concilio Romam rediit? In speciem veri egregie hæc dicta, re tamen ipsa ad fallendum rudes ac incautos. Romam hoc ipso venit anno? cur ergo anno 2. Claudii venisse contendunt? cur 25. annos & ultra

ultra ei tribuunt, insigni errore chronologico; ac non potius 23. vel ad summum 24? cum numerus annorum inde ab an. Chr. 44. Claudii 4. ad an. Chr. 67. Neronis 13. iniri possit facillime, huius enim anno 14. sive ultimo licet Apostolos Romæ occisos esse claris verbis dicat HERONYMUS *Catal. Script. Escl.* voce *Paulus*: id tamen exinde falsum esse arguunt ipsi: quod Nero occisus sit d. 9. Iunii, illi vero Nerone vivo morti traditi d. 29. Iunii. Sed &, si Romam profectus esset Petrus, D. Lucas, qui huius urbis non raro meminit in Actis, ni fallor, definite potius ac uno verbo scripsisset, *εις Ρώμην*, quam per ambages *εις ἑσπερον τόπον*. Imo vero, si articulus fidei esset, credendus in ecclēsia, quætem posteriori ævo sibi finxerunt Romani? Spiritus S. ad id scribendum eum impulsisset, in primis loco hoc convenientissimo; quo tot millibus hominum omnis dubitandi præcideretur ansa. Et porro Romanam, uti iam monui, sedem præcessit Antiochena toto septennio: hanc vero non solum non relinquere, sed ne adire quidem potuit ante an. 4. vel 5. Claudii; ne dum Romanam. Denique nec id verum est, Claudium Iudæos Roma & Italia expulisse anno 9. eodem scilicet, quo concilium Hierosolymis habitum esse asserunt ipsi. Solus id testatur OROSIUS L. VII. c. 6. verum ita, ut prochronismi manifeste reus hic habeatur. Paullo enim ante scribit, an. Claudii 7. Hierosolymis ortam esse illam Iudæorum sub Cumanis in diebus azymorum seditionem: tumque addit, *anno eiusdem 9. expulsos per Claudium urbe Iudæos, Iosephus refert.* At IOSEPHUS hac de re nihil profus; atque anno 7. Claudii Cumanus nondum Procurator erat provincie, teste hoc ipso; *Antt. Iud.* L. XX. c. III. proinde TACITO, scriptori cævo harumque rerum non ignaro, habenda fides, qui hanc seditionem sub Cumanis Claudii anno 12. Cornelio Sulla & Salvio Othone Coss. a Quadrato Syriæ rectore compressam esse narravit; *Annal.* L. XII. c. 94. non refragante IOSEPHO c. I. cap. V. Hoc autem notato prochronismo satis manifesto, quin ea, quæ in OROSIO hic sequuntur, eodem morbo laborent, vix quisquam dubitabit.

Acces

Accedunt in primis verba D. Lucæ Act. XVIII. 2. qui, cum Paulus Corinthum veniret, Aquilam προσφάτως, i. e. ut HE-SYCHIUS & SUIDAS interpretantur νεωσι, ex Italia tunc advenisse ostendit, & quidem διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον, χωρίζεται πάντας τὰς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ρώμης. Paulum vero adiisse Corinthum non anno 9. vel 10. sed 12. Claudii BARONIIUS aliique negare non sultinent. Qui igitur potuit hoc edictum Claudii Petro divina directione inservire, ut relicta capropter Roma, pergeret Hierosolymam ad concilium, quod tamen anno huius imperatoris 9. celebratum esse statuunt ipsi? Accedit quoque testimonium EUSEBII, *Hist. Eccl.* L. II. c. XVIII. p. m. 59. *Sub idem*, inquit, *tempus cum Paulus Apostolus ab Hierosolymis & finitimis locis regressus, ad Illyricum usque properaret, Ἰουδαίους Ρώμης ἀπέλαυνει Κλαύδιος* cet.

19) Tandem si ostenderimus, adeo nihil esse prorsus in unversa historia sacra, unde colligi posset, Petrum Romam ante venisse, quam Paulus ad Neronem mitteretur, ut potius rationes adsint, in quibus sententia nitatur contraria: certe iis, quæ iam prolata sunt, cunctis novum accedet robur. Prius cum sit adeo evidens, ut ipsi nobis adversarii largiantur, neque in Actis, neque in Epistola Pauli ad Romanos, neque etiam alibi quicquam, quod ad probandum eorum faciat hypothefin, inveniri: posterius statim adgrediamur. Non venit Romam Petrus iade a tempore concilii ad expulsos a Claudio Iudæos. Etenim concilium non anno eius IX. sed potius X. forte, vel XI. habitum esse observavimus (n. 7. p. 158.) adeoque mox anno sequente Iudæi Roma & Italia cedere coacti sunt: Petrum vero habito concilio, non Cæsaream, ut scilicet inde brevi navigaret Romam, sed Antiochiam pervenisse, testis est Paulus Gal. II. 11, sqq. Neque deinceps usque ad mortem Claudii Romam Evangelii causa adire potuit. Noverat enim datam sibi ἀποστολήν τῆς περιτομῆς Gal. II. 7, 8, 9. Atqui Iudæos Claudius Roma imo tota Italia excedere iussit Act. XVIII. 2. Ergo Petrus non nisi mortuo Claudio & Iudæis sub Nerone

recep-

reversis, ut exemplo Aquilæ & Priscillæ constat, (confer. 1. Cor. XVI. 19. & Rom. XVI. 3.), annuntiandi Evangelii causa eo proficisci potuit. Sed ne primis quidem Neroniani imperii annis venisse credibile est: non enim sublato Claudio tanta statim Iudeorum Romam migravit multitudo, quanta ibi olim sub Augusto & Tiberio fuerat; quin potius censendum est, primis eius annis paucos modo fortunam sub novo principe expertos esse; deinde vero alios atque alios, cum edictum Claudii antiquatum iam esse re ipsa cognovissent, successu temporis supervenisse. Contra Iudeorum in variis Orientis partibus ingentem fuisse numerum notissimum est. *Quis autem sibi facile persuadeat, Petrum Apostolum, illo ipso tempore, quo Paulus & Barnabas vacabat gentibus, in tanta Iudeorum per Achaiam, Macedoniam, Thraciam, Asiam minorem, Syriam, Babyloniam, Egyptum atque Orientem omnem messe, neglectis suis seu ex composito, (quod tamen non sine gravi ratione statuendum) seu ex divina iussione (quæ hic absque necessitate, sine ullo veteris Scriptoris testimonio fingitur, modo ut hypothese inserviant) partibus, adisse longis itineribus Romam, fixurum ibi sedem, ac Pontificiam cathedram?* uti recte omnino infert doctissimus SPANHEMIUS *Diff. cit. Sect. II. §. XI. p. m. 38.* Confirmat nostram assertionem hæc ipsa PAULI *ad Romanos Epistola*, quam anno ær. vulg. 58. fatente id etiam BARONIO, scriptam esse, notavimus supra §. 21. (d) p. 115. confer. §. 26. (a) p. 145, sqq. Annus ille Neronis quartus erat, vid. num. 7) p. 158. & multus est Apostolus in Romanis cum laudandis tum admonendis: at Petri, tanti scilicet ecclesiæ huius fundatoris, adeo nullam iniicit mentionem, ansam licet raris sæpissimam, (vid. e. g. Rom. I. 8, sqq. VI. 17. XV. 14, sqq. XVI. 17, sqq. ut taceam c. XII. XV. aliaque); ut ne coniecturæ quidem ullam relinquat locum. Salutem impertitur omnibus, qui aliquo in ea ecclesia loco erant, etiam ex Iudeis; & quod magis, laudat operarios, quorum studio strenue res Christi inter eos promota erat: Petri vero omnium principis meminit omnino nullus; scilicet illum Romæ fuisse



ignoravit, cui tot singularia huius ecclesiæ erant notissima? vel forte ex composito omisit, ut illi se alienum esse ostenderet? Certe qui his rite consideratis, Petrum tamen iam tum Romæ fuisse absque ulla ratione affirmaret: illum ego tam lepido totque præiudiciis fascinato esse crederem ingenio, ut facile etiam fingere cum BARONIO posset, *Ann.* 58. n. 52. *Paulum familiares alias ad Petrum eidem tabellario dedisse litteras, adeo ut non opus esset per alios salvari; imo & hoc commento expulso, nova quotidie affingere, quo primæ illi de Petri cathedra coniecturæ, nulla ratione, nullo teste idoneo nixæ, veri quandam speciem apud eius rei ignaros conciliaret. Denique ut ea, quæ ex historia sacra in hoc negotio restant, in pauca conferam, Paulus Romam venit, triennio post exaratam hanc epistolam elapso, (supra p. 147.) i. e. an. Chr. 61. (num. 7. p. 158): at neque hoc triennio, neque etiam ante Petrus Evangelium τῆς περιτομῆς ibi prædicaverat: Ergo ante vincula Pauli priora Romæ nunquam fuit. Consequentia clara est: minorem vero colligere me posse puto ex Act. XXVIII. 17, sqq. ubi non solum nulla iterum Petri mentio; sed & quod magis, cum Paulus post moram tridui convocavisset, qui Romæ essent, τὰς Ἰσθαίων πρώτους, & exposita ratione adventus sui, propter spem modo Israelis catena se circumdatum esse dixisset v. 20. illi responderunt: censere se æquum ex ipso audire quid sentiret; nam de ista, inquit, heresi (sic enim religionem Christianam vocabant) notum est nobis ubique ei contradici, v. 22. Et deinceps constituta ei die venerunt ad eum in hospitium COMPLURES, quibus cum attentione exponebat Paulus REGNUM DEI, suadens eis, quæ de IESU CHRISTO sunt, ex Lege Moysi & Prophetis, a mane usque ad vesperam v. 23. Et alii quidem assentiebantur iis, quæ dicebantur, quidam vero non credebant, v. 24. Quum autem inter se discordes essent, digressi sunt, - - - multam habentes συζητησιν. v. 29. Quis, quæso, his vel obiter saltem lectis crederet, D. Petrum Romæ ante hæc tempora exposuisse Iudæis regnum DEI? Conveniunt Iudæorum πρώτοι, imo eorum, qui*

qui Romæ degebant, *πλείους*; testantur sibi quidem notum esse, videlicet per famam, aliis in locis pluribus religioni Christianæ contradici: sed tantum abest, ut simul fateantur, doctrinam sibi satis iam ante perspectam esse; ut potius, qualis illa esset, quidve Paulus sentiret, ab eo scire cuperent. Tum patientes præbent aures tradenti *τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ*, inde a mane ad vesperam usque: dicta perpendunt, deliberant, convincuntur alii, alii vero varia obiiciunt; ut adeo inter ipsos *πολλὴ συζητήσις* existeret, vera ne esset Pauli de CHRISTO doctrina, an non. In summa, omnes illos animorum motus in hoc conventu observare licet, qui in ignaris religionis Christianæ solent existere, quando eius præceptis imbuuntur nec dum obfirmati. Si autem Petrus, Apostolus circumcisionis, Romæ iam ante prædicasset Evangelium de Christo, Iudæorum *πρώτης*, imo *πλείους*, nequaquam præterisset: omnem potius movisset lapidem, ut religionem Christianam edoctos convinceret quotquot non repugnarent contra veritatem. Quibus vero ita licet institutis animus nihilo minus obstinatus obfirmatusque: illine Paulum audivissent, aut religionis, quam antea perceptam odio prosequerentur summo, & extirpatam cupiebant maxime, cognoscendæ gratiâ iterum convenissent, totumque diem ad auscultandum ac deliberandum insumsissent? Certe qui Iudæorum pertinaciam ex Actis novit, & tamen hæc absque omni ratione affirmare sustinet: illum ego propriæ *ὑποθέσεως* studio abreptum quidvis potius facturum esse crederem, quam ut mutata sententia veritati subscriberet. Quibus autem hac nihil antiquius: iis satis iam persuasum esse puto, Paulum ante Petrum Romæ prædicasse Evangelium.

26) Tot igitur testimoniis & rationibus, ex historia sacra, ex Scriptoribus ecclesiasticis, oppugnato iam & everso errore antiquo, satis ni fallor patet, nullam prorsus fidem mereri verba HIERONYMI supra p. 148, sq. prolata. Paulo quidem mitiora EUSEBII, ibid. p. 149. & p. 156. n. 5) adde *Ei. H. E. L. II. c. XVII. p. 53.* neque tamen vera sunt Præeunte nim, IUSTINO M. fufius enarrat, Simonem imperante Claudio a Romanis DEum

habitum, statuatque illi perinde ac DEO positam fuisse in insula Tiberina inter duos pontes, cum hac inscriptione: SIMONI DEO SANCTO. Hæc Iustinus. Ut autem fama & traditio crescunt eundo: ita hæc quoque fabula post eius tempora, labente seculo II. ac III. quæ historiis apocryphis feracissima fuisse nemo ignorat, novis aucta est scenis non paucis; quas sive ab aliis iam fictas ex instituto collegit, sive primus ipse commentus est, qui sub CLEMENTIS nomine latet, in *Constitution. Apostol.* L. VI. c. VIII. IX. in primis vero in toto fere *Recognitionum* opere, nec non in sic dictis *Clementinis* apud COTELERIUM *Patrum Apostol.* T. I. p. 615, sqq. & in *Epitome de Gestis S. Petri ad Iacobum*, ibid. p. 749, sqq. Ex eo sua deinceps prata rigarunt Pseudo MARCELLUS de *Consiſtu Petri & Simonis Magi*, Pseudo ABDIAS *Histor. Apostol.* L. I. de *S. Petro*, ceteri. Ac ne quid deesset, quod nauseam lectori movere posset: NICEPHORUS CALLISTHUS *Hist. Eccles.* L. II. c. XXVII. p. m. 120. canem Magi maximum & horrendum, iussu S. Petri humana voce loquentem; alii vero alia addiderunt, quibus diutius immorari piget. Observamus potius, doctiores seculi IV. Scriptores iactata illa Clementina inter libros apocryphos numerasse; quorum licet auctoritas in probandis dogmatis non sufficeret: ad illustrationem tamen, præsertim in rebus historicis, & ad suppleendam historiam Ecclesiasticam I. & II. seculi, cuius monumenta aderant paucissima, commode adhiberi possent. In primis scripta Pseudo Clementina, quippe quæ tot certaminibus, stupendis miraculis, ac sermonibus D. Petri scatebant, a rudioribus & credulis, ut puto seculo iam III. non sine voluptate legebantur. Inde vulgaris orta traditio urbes ac terras pervagata est; & ut quilibet, uti vulgo fieri solet, hæc commemorans aliqua vel mutabat, vel addebat: ita hinc rursus diversi rumores de Simonis interitu sparsi, aliis pedem alterum, aliis ambo crura, aliis latus fregisse, aliis vero in quatuor dissectum fuisse partes narrantibus; rursus aliis contendentibus confestim mortuum apparuisse, quibusdam, quod fracto crure petierit Arriam, ibique

ibique præ dolore mortuus sit, vel quod Brundam perlatus, cruciatibus & pudore defessus, ex altissimi culminis se rursus præcipitaverit fastigio; ut reliqua, in quibus dissentiunt, momenta taceam. Neque omnem his scriptis fidem detrudere ausi sunt doctiores. Noverant enim IGNATIUM, peculiari epistola multum obsecrasset Romanos, ne sibi præ nimio amore essent impedimento in consequenda martyrii gloria: addidisse tamen, haud se illis hac in re quicquam *præcipere* posse, ut PETRUS ac Paulus fecerant. Hinc ultimi sermones Petri ad fideles Romæ habiti auctoritatem quandam nancisci videbantur. Noverant etiam ex *Actis*, Simonem fuisse magnum præstigiatorum, cuius hypocrisis Petrus olim severe castigasset. A IUSTINO didicerant, statuam illi Romæ sub Claudio dicatam fuisse. Clemens quoque ipse Corinthiis scripserat: propter *æmulationem iniquam* Petrum non unum aut alterum, sed plures labores sustulisse, martyrium passum esse, & exemplar existisse *ἐν ἡμῖν*, i. e. *inter Romanos*, quorum nomine tota hæc epistola scripta erat, §. V. VI. Proinde cum Mago contendisse Romæ, eiusque æmulationi iniquissimæ, qui DEUS haberi cupiebat, obicem posuisse Apostolum etiam cum vitæ suæ discrimine, valde vero esse simile iudicabant. Quin etiam Apologias adversus Gentes scripturi, vera hæc esse, quæ in conspectu gentilium olim edita tradebantur miracula, cupiebant quam maxime: quæ haud exiguum inde pro veritate religionis Christianæ deducerent argumentum. Hinc ARNOBIUS *adv. Gentes* L. II. *Viderant*, inquit, *cursum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore distatas, & nominato Christo evanuisse*. EUSEBIUS vero sub Claudio hæc gesta esse vel ideo putavit: quod a IUSTINO didicerat, eo imperante, Simoni statuam Romæ dicatam fuisse; quam tamen Nominis sui blasphemiam DEUM non diu inultam reliquisse credebatur. Hæc, ni fallor, fons & origo fuit erroris, quem ne speciem quidem veritatis posse mentiri, iam monstrabimus.

21) Si Simon omnium in conspectu tot tantæque fecisset miracula, ut publicam sibi vivo statuam & divinos Romæ honores

vindicasset: 1º habuissent utique gentiles, quem Christo Domino potuissent in scriptis suis contra religionem Christianam meliori iure opponere, quam *Thyanensem* illum *Apollonium*; nec defuisset mago encomiastes quidam *Philostratus*, qui res eius gestas summis in cœlum laudibus sustulisset. Etenim statuas moveri, vasa domestica se propria sponte hinc inde transferri, humana cadavera in vitam quasi revocare, ex lapidibus panes facere, volare in aère, flammis circumdari, nec tamen uri, cum Petro Apostolorum Christi primo tot inire certamina, nec tamen 20. annis & ultra superari; hæc, inquam, & id genus alia, si modo ethnicis cognita fuissent ac perspecta, non solum Simoni nominis inter eos immortalitatem peperissent, ceterorum magorum fama obscurata: verum etiam validum Christianos impugnandi telum suppeditassent. At cognita illis fuissent quam optime & certissime, si spectante Roma contigissent, & mago ob rerum gestarum magnitudinem statua publice posita divinique honores habiti essent. Iam vero nec Philosophorum quisquam Simonis exemplum Christianis obiecisse legitur, anxie licet cuncta undique conquirerent, quia & ipsi fingerent, quæ Christiano nomini detrimentum afferre poterant: nec PLINIUS senior, suis licet oculis Simonis miracula, honores, statuam cernere potuisset, huius unquam meminit; qui tamen de magia ex instituto egit, magorumque celebriorum, quotquot ipsi innotuerant, memoriam ab oblivione vindicavit, *Histor. Natural. L. XXX. c. I. II. sqq.* Neque nobis obiici potest, ideo nullam Simonis factam esse mentionem, quod Petrus Christi Apostolus tandem de eò insignem reportaverat victoriam: si enim id scivisset PLINIUS, qui l. c. totus in eo est, ut *magicis vanitatibus detectis, artium fraudulentissimam*, allatis quoque exemplis redarguat, quodnam, quæso, illustrius quam hoc pro sua sententia adferre potuisset argumentum. Atqui omnino scivisset frustratum tandem sua spe ac arte magum vir illustris, in urbe degens annumque tunc fere attingens XL. si eius ævo Romæ hæc contigissent. Gentiles vero Philosophi cur eapropter de Simone silerent, ego non

non video: facile enim poterant casum eius tragicum tanquam à Christianis deinceps additum fictumque in dubium vocare, præsertim cum eius nec *Iustinus & Irenæus*, nec ipsos inter Christianos aliquis primi ordinis Scriptor meminisset; qui vero post secuti sunt, adeo in diversa abierint, ut cuius te fidei tuto committas, hac in re invenias neminem. 2º Habuisset tunc quoque DIO *alicuius pretii hominem, cui in Italia, imo Rome, etiamnum vivo, nec Imperatori, sed mago, divini honores haberi* essent: quod tamen *Imperatoribus, qui recte imperio usi iamque defuncti erant*, vindicat, L. LI. p. m. 457.

3º Quis vero crederet Scriptores Romanos, TACITUM *συγγρονον*, SÜETONIUM, qui res sub Imperatoribus gestas accurate persequuntur, rem omisisse tantam: in primis DIONEM, qui ut in prodigiis aliisque eiusmodi rebus recensendis superstitiosus est, ita magorum quoque artisque magicæ hinc inde mentionem iniecit; (quin etiam *Arnuphin magum Ægyptium*, sub M. Antonino contra Quados militante, *Mercurium aliosque Demones quibusdam artibus magicis invocavisse ac per eos pluviam extorsisse* sola hominum fretus fama memoravit apud XIPHILINUM p. m. 260. edit. Rob. Stephan. 1551) hæc prodigia maxima, suprema magicæ specimina neglexisse, nec tradidisse posteris? 4º Nec de eo tantum silent, qui huius negotii testes esse debuissent, verum admoniti etiam nusquam pro vero agnoyerunt. Missa iam faciam, quæ hic moneri possent reliqua, solum proferens ARNOBIUM, qui L. II. post allata, quæ num. 20. citavimus verba, *Viderant cursum Simonis*, Gentes ita alloquitur: *Quæ omnia vos gesta neque scitis, neque scire voluistis, neque unquam vobis necessaria iudicastis: ac dum vestris fidei cordibus, & quod typhus est, sapientia vocatis, dedistis circumscriptoribus locum, illis inquam noxiis, quorum nomen interest obsolescere Christianorum, superfundendi caliginis, atque obscurandi res tantas, eripiende vobis fidei, subiciendique contemtus.* 5º Tota quoque hæc fabula moribus ac institutis Romanorum adversatur. Aut eam Simoni mortuo aut vivo statua posita, honoresque divini habiti?

habiti? non mortuo, sic enim Iustino, Eusebio, ceteris, sua non constaret fides; infelix quoque magi casus eiusmodi titulis fuisset impedimento: nec vivo, solos enim imperatores vel certe horum affines & consanguineos, eosque non vivos, sed fatis sanctos apotheosi donatos fuisse, iam ex DIONE didicimus, idemque erudite ostendit SAM. BASNAGE, *Annal.* T. I. p. 526. pluribus vero IO. DAN. SCHOEPLINUS in *tractatu historico de Apotheosi*, Argent. 1730. 6<sup>o</sup> TERTULLIANUS in *Apologetico* c. XXXIV. *Maledictum est*, inquit, *ante apotheosin DEum Casarem nuncupare*. Quanto magis Simonem? Et inter singulares Senatus Romani prerogativas fuisse relatam apotheosin, prater varia Caesarum consecratorum exempla, idem quoque testatur c. V. p. m. 6. *Vetus erat decretum: Ne qui DEus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu probatus*; testantur etiam EUSEBIUS *Hist. Eccl.* L. II. c. II. ATHANASIVS in *Oratione contra Gentes*, Opp. T. I. p. m. 11. Proinde Simon non ante *DEus Sanctus* nuncupari potuit, ne dicam statua honorari, quam a Senatu Romano donatus esset apotheosi. Et quid opus ambagibus, siquidem hoc ipse disertis docet verbis IUSTINUS *Apol. II.* p. m. 91. *Apud vos*, inquit, *in imperiali urbe Roma, sub Claudio Casare Simon fuit, & SACRUM SENATUM populumque Romanum eo perduxit STUPORIS, ut DEUS haberetur, & statua, veluti alii quos colitis, Dii, cobonestaretur.* cet. At vero quis, nisi Romanæ prorsus expertus historię, crederet Magis decretam a senatu in ipsa urbe apotheosin? quorum ars non modo viris eius ævi gravibus ludibrio erat odioque habebatur, verum ipsi etiam senatusconsulto Roma & tota sæpe migrare iassi Italia. Etenim non sub Tiberio solum, Sisenna Statilio ac L. Libone Coss. i. e. an. 16. æræ vulg. facta de Mathematicis Magisque Italia pellendis senatus consulta; quorum e numero L. Piturnius saxo deiectus est, verba sunt TACITI *Annal.* L. II c. 32. Sed ipso quoque Claudio imperante, Fausto Sulla, Salvio Othone Coss. an. Chr. 52. de Mathematicis Italia pellendis factum senatusconsultum, atrox & irritum, teste eodem L. XII. c. 52.

c. 52. *Magos vero & Chaldaeos tunc temporis per imperitiam vulgi & impudentiam impostorum nuncupatos esse Mathematicos, patet ex iis, quæ paulo ante memorat TACITUS l. c. idemque clarius ostendit PLINIUS Hist. Nat. L. XXX c. 1. T. IV. p. m. 724. cum Magos docet aliori velut Medicinæ addidisse vires religionis, tandemque miscuisse etiam artes Mathematicas, quo hominum sensus triplici possiderent vinculo. Quæ cum ita sint, totam illam Simoni DEO sancto Romæ dicatam statuam, durissimo quamvis lapide fabricatam, ad vanum & irritum redigi inque fumos abire necesse est: quippe quæ historiæ, moribus, senatusconsultis Romanis contraria est, cuiusque veritatem nunquam agnoverunt ipsi. Sed adsunt vobis argumenta plura. Nam 7º Origenes cum Iosepho collatus indicare videtur, Simonem non modo non abiisse Romanam, sed & vix extra Palæstinam progressum esse. Verba ORIGENIS notatu digna sunt, imprimis ex elaboratissima ELIÆ BOHERELLI interpretatione Gallica, quæ iudicæ magno FABRICIO, in non paucis locis latina Geleniana accuratior est. Ita vero ille L. I. contra Celsum, p. m. 35. edit. Amstel. 1700. *Simon, Magicien de Samarie, voulut pareillement se faire des Sectateurs, par ses arts magiques; & il y réussit pour un tems: mais à-présent, je croy qu'à peine trouveroit-on, dans le Monde, trente de ses Disciples, encore en dis-je, peut-être, plus qu'il n'y en a: & se peut nombre demeure caché aux environs de la Palestine; pendant-que son nom n'est presque pas connu dans tout le reste de la terre, ou il pretendoit de le rendre célèbre à-jamais. Car ceux qui le connoissent, ne le connoissent que par l'histoire des Actes des Apôtres. Ainsi, sans les Chrétiens, on ne parleroit plus de lui: & l'expérience a bien fait voir, qu'il n'y avoit rien de divin en sa personne. (καὶ ἡ ἐναγγελία ἐμαρτύρησεν, ὅτι ἕδὲν θεῖον ὁ Σίμων ἦν).* Diserte hic asserit Origenes, solis Christianis innotuisse Simonem, & quidem ex historia Actuum Apost: in reliquis orbis partibus ἕδαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, at circa solam Palæstinam paucissimos, eosque vix ac ne vix quidem 30. inventi eius*



sectatores. IOSEPHUS vero *Antiqq. Iud. L. XX. c. V. p. m. 693.* testis est: Felicem, procuratorem Iudae, visa Drusilla, feminarum omnium pulcherrima, SIMONEM amicum suum, Iudaeum genere Cyprium, pro MAGO se gerentem, ad eam misisse, qui mulierem sollicitaret, ut relicto priore marito (Azizo Emelenorum Regē) ipse nuberet, beatam fore pollicens, si non fastidiret hominem. Σίμωνι ὀνομάτι; τῶν αὐτοῦ Φίλων Ἰουδαίου, Κύπριον δὲ γένος, μάγῳν εἶναι σκηπτικόν, πέμπτον πρὸς αὐτήν, eet. Contigisse hæc ante 12. Claudii; ipse indicat in anteced. Eundem vero esse Simonem, indicio sunt quæ hinc occurrunt cuncta: simile nomen, similis ars, fallacia, ætas similis, similis habitatio, Iudæa videlicet & Samaria. Solum id obstat, a Iosepho tanquam Iudæum Κύπριον describi, quænt tamen IUSTINUS & ex eo IRENÆUS, EUSEBIUS, ceteri, Samaritanum τὸν ἀπὸ κἀμῆς Ἀσσυμένης Ἰστῶν, faciunt. At Iosepho, quam Iustino malo cum celeb. BASNAGE *Annal. T. I. p. 498.* assentiri: non modo, quod Iosephus propior ætate fuerit Simonis mago quam Iustinus, verum etiam, quia se pro Messia Samaritanus venditare vix potuisset. Proinde Simon Iudæus erat, genere Cyprius: qui tamen, magicis deditus vanitatibus, adeoque gentilibus, quam Iudæis acceptior, apud Romanos potius & Samaritas, quam hos diversabatur, Samariæ præsertim, fortè & Cæsareæ. Utramque urbem Herodes magnus in honorem Cæsarium ornatam multum auxerat: ita tamen, ut ethnicas magis quam Iudæicas conderet; vid. IOSEPHUM de *Bello Iud. L. I. c. XVI.* unde utrobique etiam qui vulgo mores, quæ animorum fuerit levitas, facile est coniectare, docetque nds idem *Antiqq. L. XIX. c. VII. p. m. 680.* eoque tum facilius Simonem cuncta ex animi sententia stuebant. Sed & utrobique præter Iudæos & Samaritas Romani aderant non pauci, inque iis Felix Simonis amicus, cui magum in Samatia innotuisse colligo ex TACITO, *Annal. L. XII. c. 54.* qui Felicem diviso cum Cumanò imperio Samariis præfuisse, imo in iis locis versatum esse fere inde a Cæsareæ, i. e. primis Claudii annis, assertit. Quare si coniecturæ locus, missum a Claudio poss

post mortem Agrippæ una cum Cuspio Fado primum tanquam *χιλίαρχον* dicerem, qualis erat Lysias, AG. XXI. 31, sqq. Fado vero totius regni Agrippæ Præfeca suavis *libertorum* constitutus, sicut præcipue in mandatis habebat, ut Cæsarienses Sebastenos sive *Samaritanos* propter iniustas regi mortuo contumelias acriter castigaret, IOSEPHUS *Antiqq* L. XIX. c. VII. p. m. 680. ita his pacatis *Felicem*, quem secum tanquam tribunum vel forte legatum habebat, in *Samaria* cum cohorte militum videtur reliquisse, hoc ipso gratificatus Pallanti fratri, cuius ope provinciam obtinuerat. Certe si hæc admiseris, conciliatus IOSEPHO iam TACITUS, qui alias non parum ab eo diversus est: cum ille Cumapo successisse in provincia *Felicem*, hic vero annis haud multis post cædema Caji cum venisset, *Samariæ* certe iam sub Cumano, diviso cum illo imperio præfuisse testis sit. Neque etiam Iosepho IUSTINUS adversatur impensius, magum nuncupans *Samaritanum*: in Actis enim legerat, *Samaria* deprehensum a Philippo & Petro, ut qui vocatis in subsidium Magiæ præstigiis, *Samaritanis* hæcenus persuaserat, *εἶναι τινα ἑαυτὸν μέγαν*, imo *δυναμὴν τῆ θεῆ μεγάλην*, c. VIII. 9, 10. Præter quoque ea constabat, diu multumque ibi versatum parasse sectatores, amiciciarum præsidia quærivisse, vixisse cum suis coniunctissime. Ne dicam Samaritanis inter alia crimina, forte etiam magiam obieciisse Iudæos; qui tametsi Christum Patre, ut putabant, Iosepho, matre Maria, non Samaritanis, sed Iudæis ortum, Nazarethi quoque educatum esse norant: tamen divinam eius miracula edendi virtutem negantes, summa blasphemia *Samaritanam* vocabant, qui *dæmonium haberet* Ioh. VIII. 48. ubi proinde artis potius quam gentis erit indicium; nisi ab illo Christi cum Sicheimitis Ioh. IV. instituto colloquio maveris derivare calumniam, ut *ob consuetudinem*, quam ipsi cum Samaritanis intercessisse putabant, *Samaritanum* dixerint. Quicquid sit, patere tamen existimo, potuisse iure magum, gente licet Cypriam Iudæam, ob alias iam rationes invidioso *Samaritanum* nomine notari. Quod vero addit IUSTINUS, *τὸ ἀπὸ κώμης*

*κλίμης λεγομένης Γίττων*, sive, ut *Recogniciones* CLEMENTI  
 adscriptæ habent L. I. c. XII. *ex castello Gebonum*; (reliquas  
 huius vocis variationes studiose collectas suppeditat COTE-  
 LERIUS ad *Constitut. Apost.* L. VI. c. VII. nota 83. p. 334.)  
 Id autem propter dictum, quod suis ibi primum innotescens  
 præstigiis, famæ celebritatem consecutus, multum versatus,  
 multosque nactus sit sectatores, &c. aut fatendum, æque eum  
 in hac, & in reliquis fabulæ partibus deceptum esse; sicut illo  
 præeunte ceteros. Si enim historiam consulimus sacram  
 Act. VIII. 9, 10. ubi prima magi mentio, & unde primum  
 quoque innotuit scriptoribus Christianis: tantum illa abest, ut  
 Samaritam fuisse indicet, ut eum potius genti Samariæ oppo-  
 nat. Quicquid horum sit, ex supra dictis colligere nos posse  
 putamus, Simonem sub Claudio Romæ non fuisse: quippe  
 qui in Samaria versatus esset, cum Petrus ibi evangelizaret,  
 ibique post annos aliquot sub Claudio in amicitiam Felicis re-  
 ceptus, anno eius 12. Drusillæ, ut huic naberet, persuasit.  
 Proinde si tandem aliquando Romam venisse concedendum  
 est; cum amico Felice profectum esse putamus: is autem in  
 urbem rediit, constituto sibi successore *Festo*, adeoque impe-  
 rante *Nerone*; & ecce magum tunc quoque advenisse tradunt,  
 nescio quæ fide, CEDRENUS & CALLISTHUS, mox num.  
 9º p. 190. allegandi. 8º In primis quod ad tragicum Simo-  
 nis exitum & Petri cum eo certamina attinet cuncta, ævo Iu-  
 stini, forsan & Origenis, adeo ignota erant, ac ea quæ hodie  
 geruntur Romæ. Certamen sibi cum gentibus instituit IU-  
 STINUS, obiicit senatui Romano idololatriam nefandam, ar-  
 guit eorum deos falsos, flagitiosos, insanos, brutos, ac inter  
 eos magum quoque SIMONEM: quid? quod ab his petie,  
*postulata hac Christianorum cognoscere, ut veris cognito, frau-  
 dem erroris effugere valerent, & STATUAM, si vellent, ABO-  
 LERENT. Apolog. II. p. m. 91.* At nihil fuisset ad extirpan-  
 dum errorem, evertendam magi statuam, abrogandum senatus-  
 consultum, & convincendos denique Romanos validius, nul-  
 lum pro veritate religionis Christianæ argumentum malus ac  
 illa-

illustrius, quam si eos docere potuisset, superatum a Christi Apostolo multis olim certaminibus, fugatum, tandemque penitus eversum esse magum, quem illi divinis honoribus persecuti erant. Et quidni hæc Romæ demonstrare testibusque plana facere potuisset, si modo ante annos vixdum 90. ibi acta fuissent. Potuisset autem? imò vero etiam debuisset ista recenfere omnia, quippe quæ ad finem ipsi propositum fecissent quam maxime. Sed de iis haud in eo quicquam, imò vero neque hilum: nondum enim fabulæ pars altera adiecta erat. Et idem fere quoque eadem ratione ex ORIGENIS colligi posset silentio. Obiecerat Christianis cum Iudæis *Celsus*, haud fuisse paucos, qui eodem fere, quo IESUS Nazarenus, tempore Messiam se esse professi sint, Theudam, Iudam, Dositheum, *Simonem Samaritanum*. Respondet ad singula Origenes; de Simone nequicquam profert aliud, quam quod supra p. 185. notatum, uno licet icu adversarios potuisset prostertere, si modo fata eius ultima pancis indicasset: vel potius si ea, uti deinceps ferebantur revera mago evenissent; si Romæ, inquam, *se moruisset illo*, verbis utor PHILASTRII, *Hæres. XXIX. p. m. 60. inseriro, ut eius magiæ evidens mendacium cunctis hominibus pateficeret.* Proinde merito suspecta sunt, quæ Pseudo CLEMENS, EUSEBIUS, & ex iis alii de Petri cum Simone certaminibus tradiderunt; Scriptoribus melioris ævi, *Clementi Rom. Ignatio, Iustino, Dionysio, Ireneo, Clementi Alex. Tertulliano, Gaio, Cypriano, Origeni* inaudita, & a vero prorsus aliena: eoque magis, quo 9<sup>o</sup> ipsum inter Eusebium & sequaces in tempore definiendo maior est diversitas. Etenim ille L. II. c. XIV. tradit, *NON DIII Simoni Romæ ex voto rem fluxisse, sed κατὰ νόδον, e vestigio ipsis CLAUDII Augusti temporibus venisse eo quoque Petrum: tamque Simonis vim ac potentiam cum ipso simul auctore κατὰχρημα confestim extinctam atque deletam fuisse, c. XV. p. 52.* Alii vero, & si quidem bene multi, non Petrum modo, sed Paulum quoque tum adfuisse, nec sub Claudio, sed sub Nerone, paullo ante martyrium Apostolorum, adeoque ultimis Neronis annis ma-

gum tandem extinctum esse docent. Vid. CYRILLUS *Ca-  
tecb. VI.* in *Bibl. M. Patr.* T. IV. p. 410. PHILASTRIUS  
*Heres. XXIX.* p. m. 59. edit. Fabricii. SULPITIUS SEVE-  
RUS *Hist. Sacr. L. II. c. XLI.* p. m. 353. PROSPER, vel  
Auctor libri, qui *Dimidium temporis* nuncupatur, Augustini  
tempora attingens, c. XIII. in *Bibl. M. Patr. T. V. P. III.* p. 47.  
MAXIMUS TAURINENSIS *Homil. V. in Natali Apostolo-  
rum Petri & Pauli*, ibidem P. I. p. 34. quæ inter *Homilias*  
AMBROSIO adscriptas, est LXVI. ac extat *Opp. T. III.* p.  
m. 292. ISIDORUS in *Chronico*, *Opp.* p. m. 268. GRE-  
GORIUS TURONENSIS *Hist. Franc. L. I. c. XXV.* in *Bibl.*  
*M. Patr. T. VI. P. II.* p. 420. conf. eiusd. *de Gloria Marty-  
rum* c. XXIX. *ibid.* p. 535. Pseudo. HEGESIPPUS de *Ex-  
cidio Hierosolym.* L. III. c. II. fol. m. 29. a. Pseudo. MAR-  
CELLUS in *Conflictu Apostolorum Petri & Pauli cum Simone*  
*Mago*, apud SIGEBERTUM *Gemblacensem de Scripturibus*  
*Ecclesiasticis.* Pseudo. LINUS de *Passione SS. Apostolorum Pe-  
tri & Pauli*, teste Anonymo in *Vita Nerei & Archillei*; apud  
Henschenium in *Actis Sanctorum*, T. III. Maii. Pseudo. AB-  
DIAS, *Hist. Apostol. L. I. de S. Petro* c. XV. sqq. FRECU-  
LPHUS *Chron. T. II. L. I. c. XX.* in *Bibl. M. Patr. T. IX, P. I.*  
p. 501. RATRAMNUS *contra Græcorum errores*, T. II. *Spi-  
cilogis Dacheriani*, L. IV. c. XXX. GEORGIUS CEDRE-  
NUS qui expressis verbis, *Annal.* p. m. 170. memorat, ipsum  
*Magnum Simonem* non Claudio, sed NERONE imperante Ro-  
mam profectum esse, maiori forsitan hic dignus fide, nisi canem  
illum Simonis, iussu S. Petri primum, inde etiam Magi, hu-  
mana voce locutum esse aliæque eiusdem generis miracula hi-  
storiz inferuisset. Idem tamen tertio post eum seculo, de  
Simone Romam sub Nerone profecto, & de cane forium eius  
custode memorat, quem supra p. 180. notavimus, CALLI-  
STHUS I. ibi c. sed & ante hunc NICETAS ACOMINA-  
TUS in *Thesauro Orthodox. Fidei* L. IV. c. I. mutatis licet  
omnino circumstantiis. Quid multa? vix quenquam novi-  
mus, qui EUSEBII sententiam sequeretur: adeo scilicet in  
hoc

hoc eius testimonio nihil tutum, omnia suspecta, quin & ipsi  
 historię adversa. 10<sup>o</sup> Quia vero supra num. 20. p. 180, sq.  
 ubi originem & incrementa huius erroris investigare studui-  
 mus, inter alia notatum, præter *Eusebium* dissentire a se invi-  
 cem reliquos etiam Simonianę fabulę patronos: lubet huius  
 rei quædam oculis iudiciorumque legentium hic sublicere exten-  
 siva. Finito primo illo, quod *Cæsareæ* Petrum inter & magum  
 habitum est certaminę, *Auctor Recognitionum* L. III. c. L. p. m.  
 528. *Petrus*, inquit, *postquam oravit, & præcepit ut postera*  
*die maturius convenirent, multitudinem MISSAM fecit.* At  
*Pseudo ABDIAS* L. I. c. X. *Postquam oravit, & præcepit ut*  
*die postera maturius convenirent, SACRIFICIUM fecit.* Quod  
 observans *COTELERTUS* ad *Recognit.* l. c. not. 88. merito  
 negat se risum tenere potuisse, siquidem *Abdias* vocabulum  
*missam* sic accepit, ac si sacrificium vel eucharistiam celebrasset  
*Petrus*. Romę non *preces* modo, sed *IEIUNIUM* quoque  
 ecclesię indixisse Apostolum, antequam cum Simone conflige-  
 ret, ex quorundam sententia refert *IO. CASSIANUS* de  
*Canobiorum institutis* L. III. c. X. in *Bibl. M. Patr.* T. V. P. II.  
 p. 13. item *RATRAMNUS* l. c. *GLYCAS Annal.* p. 236.  
 quam plurimorum etiam ævo suo fuisse opinionem negare non  
 potest *AUGUSTINUS* Opp. T. II. *Epist. LXXXVI. ad Casu-*  
*lanum*, p. m. 387. nihilo tamen minus addit ipse: *Quamvis*  
*eam (opinionem) perhibeant esse falsam plerique Romani.*  
 Dissentiunt etiam de loco certaminis. *Petrus* ipse in *Constitut.*  
*Apostol.* L. VI. c. IX. p. 337. introducitur narrans, Romę vo-  
 laturum iam in aere Simonem in *THEATRUM* meridię proces-  
 sisse, & præcepisse multitudini, ut se quoque in theatrum raper-  
 rent; indeque tum a *Demonibus* in aërem sublatum esse, cet.  
 at *Pseudo HEGESIPPUS* L. III. c. N. & *ABDIAS* E. I. c.  
 XVIII. conscendisse statuto die montem *CAPITOLINIUM*, ac se  
 de *RUPE* deficientem volare cepisse aiunt: rursus *WALAFRI-*  
*BUS STRABUS* vel *VENANTIUS FORTUNATUS*  
 in *Carmine de S. Petro*, *Bibl. Patr.* T. IX. P. I. p. 1000. in sur-  
 sum ascendisse perhibet.

gum tandem extinctum esse decent. Vid. CYRILLUS *Cat.*  
*eccl. VI.* in *Bibl. M. Patr.* T. IV. p. 410. PHILASTRIUS  
*Heret. XXIX.* p. m. 59. edit. Fabricii. SULPITIUS SEVE-  
 RUS *Hist. Sacr.* L. II. c. XLI. p. m. 353. PROSPER, vel  
 Auctor libri, qui *Dimidium temporis* nuncupatur, Augustini  
 tempora attingens, c. XIII. in *Bibl. M. Patr.* T. V. P. III. p. 47.  
 MAXIMUS TAURINENSIS *Homil. V. in Natali Apostolo-*  
*rum Petri & Pauli*, ibidem P. I. p. 34. quæ inter *Homilias*  
 AMBROSIO adscriptas, est LXVI. ac extat Opp. T. III. p.  
 m. 292. ISIDORUS in *Chronico*, Opp. p. m. 268. GRE-  
 GORIUS TURONENSIS *Hist. Franc. L. I. c. XXV.* in *Bibl.*  
*M. Patr.* T. VI. P. II. p. 420. conf. eiusd. de *Gloria Martyr-*  
*orum* c. XXIX. ibid. p. 535. Pseudo HEGESIPPUS de Ex-  
 cidio *Hierosolym.* L. III. c. II. fol. m. 29. a. Pseudo MAR-  
 CELLUS in *Constituta Apostolorum Petri & Pauli cum Simone*  
*Mago*, apud SIGEBERTUM *Gemblacensem de Scripturis*  
*Ecclesiasticis.* Pseudo LINUS de *Passione SS. Apostolorum Pe-*  
*tri & Pauli*, teste Anonymo in *Vita Nerei & Archillei*; apud  
 Henschenium in *Actis Sanctorum*, T. III. Maii. Pseudo AB-  
 DIAS, *Hist. Apostol.* L. I. de *S. Petro* c. XV. sqq. FRECU-  
 LPHUS *Chron.* T. II. L. I. c. XX. in *Bibl. M. Patr.* T. IX, P. I.  
 p. 501. RATRAMNUS *contra Græcorum errores*, T. II. *Sp-*  
*icilegii Dacherjani*, L. IV. c. XXX. GEORGIUS CEDRE-  
 NUS qui expressis verbis, *Annal.* p. m. 170. memorat, ipsum  
*Magnæ Simonem* non Claudio, sed NERONE imperante Ro-  
 manam profectum esse, maiori forsitan hic dignus fide, nisi canem  
 illum Simonis, iussu S. Petri primum, inde etiam Magi, hu-  
 mana voce locutum esse aliæque eiusdem generis miracula hi-  
 storix inferuisset. Idem tamen tertio post eum seculo, de  
 Simone Romam sub Nerone profecto, & de cane forum eius  
 custode memorat, quem supra p. 180. notavimus, CALLI-  
 STHUS I. ibi c. sed & ante hunc NICETAS ACOMINA-  
 TUS in *Thesaurò Orthodox. Fidei* L. IV. c. I. mutatis licet  
 omnino circumstantiis. Quid multa? vix quenquam novi-  
 mus, qui IOSEBII sententiam sequeretur: adeo scilicet in  
 hoc

hoc eius testimonio nihil tutum, omnia suspecta, quin & ipsi  
 historię adversa. 10<sup>o</sup> Quia vero supra num. 20. p. 180. sq.  
 ubi originem & incrementa huius erroris investigare audui-  
 mus, inter alia notatum, præter *Eusebium* dissentire a se invi-  
 cem reliquos etiam Simonianę fabulę patronos: lubet huius  
 rei quædam oculis iudiciorumque legentium hic sublicere exem-  
 pia. Finito primo illo, quod *Cæsar* Petrum inter & magum  
 habitum est certaminę, *Auctor Recognitionum* L. III. c. L. p. m.  
 528. *Petrus*, inquit, *postquam oravit, & præcepit ut postera*  
*die maturius convenirent, multitudinem MISSAM fecit.* At  
*Pseudo ABDIAS* L. I. c. X. *Postquam oravit, & præcepit ut*  
*die postera maturius convenirent, SACRIFICIUM fecit.* Quod  
 observans *COTELERIUS* ad *Recognit.* l. c. not. 88. merito  
 negat se risum tenere potuisse, siquidem *Abdias* vocabulum  
*missam* sic accepit, ac si sacrificium vel eucharistiam celebrasset  
*Petrus.* Romę non *preces* modo, sed *IEIUNIUM* quoque  
 ecclésię indixisse Apostolum, antequam cum Simone conflige-  
 ret, ex quorundam sententia refert *IO. CASSIANUS* de  
*Canobiorum institutis* L. III. c. X. in *Bibl. M. Patr.* T. V. P. II.  
 p. 13. item *RATRAMNUS* l. c. *GLYCAS Annal.* p. 236.  
 quam plurimorum etiam ævo suo fuisse opinionem negare non  
 potest *AUGUSTINUS* Opp. T. II. *Epist. LXXXVI. ad Casu-*  
*lanum*, p. m. 387. nihilo tamen minus addit ipse: *Quamvis*  
*eam (opinionem) perhibeant esse falsam plerique Romani.*  
 Dissentiunt etiam de loco certaminis. *Petrus* ipse in *Constitut.*  
*Apostol.* L. VI. c. IX. p. 337. introducitur narrans, Romę vo-  
 laturum iam in ære Simonem in *THEATRUM* meridię proces-  
 sisse, & præcepisse multitudini, ut se quoque in theatrum raper-  
 rent; indeque tum a *Demonibus* in altum sublatus esse, cet.  
 at *Pseudo HEGESIPPUS* L. III. c. N. & *ABDIAS* E. I. c.  
 XVIII. *conscendisse statuto die montem CAPITOLINUM, ac se*  
*de RUPE delicientem volare cepisse* aiunt: rursus *WALAFRI-*  
*BUS STRABUS* vel *VENANTIUS FORTUNATUS*  
 in *Carmine de S. Petro*, *Bibl. Patr.* T. IX. P. I. p. 1000. in tur-  
 rim ascendisse perhibet:



*Qui precelsa rudis scandit fastigia TURRIS,  
Atque coronatus lauri de fronde volavit.*

Et velut hæc non sufficerent, addit Pseudo MARCELLUS: Simonem a Nerone rogasse, ut in campo Martio turrem excelsam fieri sineret; quo facto *ascendisse in TURREM coram omnibus, extensis manibus, coronatum lauro, cepisse volare:* qui tamen mox subiicit, *cecidisse in locum qui sacra via dicitur;* qua in re ipsi prævit Auctor *Actorum MSS. Græcorum Petri & Pauli* apud COTELERIUM loco mox citando. His si fides habenda, dicendum certe erit, non parum se tunc volando exercuisse Simonem, qui inde a campo Martio & porta Flumentana, hod. del popolo, ad sacram usque viam in IV. urbis regione sitam, cursum ad duo ferme passuum millia per auras direxerit. CEDRENUS vero p. m. 173. narrat, *Simonem a Nerone egressum, sine ulla interiecta mora dixisse Petro: Tu Christum DEUM tuum inquis in cælum fuisse sublatum: idè καὶ γὰρ ἀναλαμβάνομαι. Viditque tunc Petrus sublimem in aerem efferrī ἐν μέσῳ τῆς πόλεως Ρώμης.* De pugnantibus quoque non eadem cunctis sententia. Petrum solum cum mago congressum esse, nulla Pauli facta mentione, tradunt AMBROSIUS *Hexæmeron* L. IV. c. VIII. T. IV. Opp. p. m. 49. PHILASTRIUS l. c. AUGUSTINUS lib. *de Hæresibus* Opp. T. VI. p. m. 14. NICETAS CHONIATES l. c. in primis ipse Petrus in *Constitut. Apost.* l. c. totum hoc certamen ita enarrat, ac si nequaquam ei adstitisset Paulus: at ambos adfuisse coniunctisque viribus oppugnasse Simonem asserunt paullo antecitati *Auctores* fere cuncti. Qui tamen rursus in diversa abeunt; aliis videlicet affirmantibus *Petrum & Paulum flexis ibi genibus ambos orasse Domini.* Sic CYRILLUS l. c. *Par amicorum bonorum - Petrus & Paulus, cum essent Præfides ecclesie - - flexis genibus servi DEI - concordia telum per orationem emittentes, cet.* SULPITIUS SEVERUS: *Orationibus Apostolorum delapsus in terram.* MAXIMUS TAURINENSIS: *Beati Apostoli - - magum illum Simonem orationibus suis de aeris vacuo præcipiti ruina prostraverunt.* Et paul-

le

ſo post: *Petrus fuit genibus prostratus est Dominum, etc.* Et  
 GREGORIUS TURONENSIS lib. de *Gloria martyrum* c. l.  
*Exstant bodieque, inquit, apud urbem Romanorum DUE in*  
*lapide FOSSULÆ, super quem B. APOSTOLI DEFLEXO PO-*  
*PLITE orationem contra ipsum Simonem Magum ad Dominum*  
*effuderunt: in quibus cum de pluvio lympha collecta fuerint, a*  
*morbidis expetuntur, haustuque mox sanitatem tribuunt. Ad-*  
*dit plura pro seculi sui genio miracula: legat ea qui velit, gu-*  
*stum suum experiatur. Alii vero solum Paulum, flexis puta*  
*genibus, orasse, ac Petrum allocutum esse Simonem tradunt,*  
 c. g. ISIDORUS c. l. *Adiurante eos (Dæmones) Petro per*  
*DEUM, Paulo vero orante, etc.* Nec minus ipsa orationis Pa-  
 trinz verba differunt. Sed & in *VOLATU* magico describen-  
 do variant, ARNOBIUS L. II. *adv. Gentes in Bibl. M. Patr.*  
 T. IV. p. 161. *igneas illi quadrigas haud aliter ac alteri tribuit*  
*Elie.* CYRILLUS quoque c. l. *vehiculo Dæmonum in æ-*  
*rem sublatum esse asserit.* In *Præfatione Arabica Concilii*  
*Niceni* hæc legimus: *Simon Magus multa opere magico perpe-*  
*trabat mira, ac inter cetera FECIT SIBI CURRUM, quo per*  
*aera a Dæmonibus ferretur.* T. II. Concil. LABBÉI p. 385.  
 At ISIDORUS & NICETAS CHONIATES a *Dæmonibus*  
 tantum in *aere latum* esse memorant: quocum ipse etiam Pe-  
 trus facit *Constitus. Apost. l. c.* idemque ducentis ante Isido-  
 rum annis tradiderat SUEPITIUS SEVERUS *Hist. Sacr. L.*  
 II. c. XLl. p. m. 353. qui numerum quoque satellitum magi-  
 corum inire ausus est: *Cum duobus, inquit, Dæmonis sufful-*  
*tus evolasset.* ABDIAS vero L. I. c. XVIII. & HEGESIP-  
 PUS l. c. non currum, sed *alas* sibi aptasse scribunt: *Ac se*  
*de rupe deliciens volare cepit. - - Et statim ad vocem Petri,*  
*dimissus a Dæmonibus, implicatis REMIGIIS ALARUM,*  
*QUAS SIMSERAT, corruit.* Nec aliud innuit MAXIMUS  
 TAURINENSIS, cum l. c. *Qui, inquit, PENNAS assumse-*  
*serat, plantas amitteret.* Quin & Patres concilii *Constantino-*  
*politani III. Actione XVIII. in λόγο προσφωνητικῷ ad Imp.*  
*Constantinum Pogonat.* eo alludunt, dicentes: *Σίμωνος πτερό-*  
*σμητος*

σημοι τὰ τῆς ἀθιότητος ἡρώ κατέκλιον ἀμνησμένοι. *Simo-  
nes monstrum acquisia ALA: fursum volantes corruebant. T. VI.  
Concil. LABBEI p. 1053. Tandem si quid aliud, certe magi-  
cum huius scenæ exitum diversimode referunt. CYRILLUS:  
Serui DEI - - deicantur illum in terram. SULPITIUS SE-  
VERUS: Delapsus in terram. WALAFRIDUS STRA-  
BUS: Cernuus ad terram - - corruit. SIMEON META-  
PHRASTES: κατὰ γῆς ἐλευώς φέρεται. NICEPHORUS  
CALLISTHUS: ΗΙΜΙ ἄλλισ. cet. At MAXIMUS TAU-  
RINENSIS: Tunc Petrus velut vinctum illum de sublimi aera  
deposuit, & quodam precipitio in SAXO elidens, &c. Sic quo-  
que in Opp. AMBROSI T. III. Hamil. LXVII. Et rursus  
ATA MSS. Patra G. Patii n. quæ protulit COTELERIUS in  
Constitut. Apost. L. VI. c. IX. not. 9. ex quibus haud parum  
tribuere videtur: ἔπεσεν εἰς τόπον καλεῖσθαι Σάικα βίαι, ἣ ἔστιν  
ἱερά, ὁδός καὶ τέσσαρα μῆθη γινόμενος, τέσσαρας σήλικας συνή-  
μιστον. ἄριστον εἰς μαρτύριον τῆς τῶν ἀποστόλων κηρύξεως εἰς τῆς  
σημερον. Ubi licet Vir doctissimus coniciat, legendum for-  
san esse συνήμιστον ἢ ε. ὁδοῦ, conspiciat. huic tamen illius  
emendationi obstat Pseudo MARCELLUS, qui profus ead-  
em in linguam latinam translata exhibet. Ex eius verba:  
Dimissus cecidit in locum, qui Sacra Via dicitur, & in quatuor  
partes factus, quatuor SILICES, adunavit, qui sunt, adtestimo-  
nium victoria Apostolorum usque in hodiernum diem. Sed exi-  
gua hæc sunt & eiusmodi. Scriptoribus facile fortassis condo-  
nanda? videamus igitur, quomodo magus & quando interie-  
rit. CYRILLUS de icthum in terram ait νεκρὸν εὐθύς ἀπεδείχ-  
θῆναι: de cætero silet. Ita quoque EPIPHANIUS: Ἐν ἡρώ  
τῇ τῶν Ῥωμαίων πόλει ὁ τάλας καταπέσων τὸ θῆμα. Hæres. XXI.  
p. m. 59. PHILASTRIUS vero scribit percussum ab angelo  
se mervisse interire, Hæres. XXX. Paulo rom. aliter narrat  
SULPITIUS SEVERUS: Delapsus in terram, populo inspe-  
ctante disruptus est. ISIDORUS Chron. p. 268. A Demoni-  
bus dimissus crepuit. NICEPHORUS CALLISTHUS  
Hist. Eccl. L. II. c. XXXVI. p. m. 130. Simon statim presere  
dicere*

deorsum versum fertur, et hinc illius, moxque rumpitur  
 dispartitur. Addunt etiam quot in partes ruptus, laceratus, di-  
 vilius sit magus, quos modo nominavimus. Auctor *Astorum*  
*Petrinum & Pauli Græc. MSS. & Pseudo-MARCELLUS: In*  
*quatuor partes factus, quatuor videri adunavit, imo, vix hos,*  
 ne quod lectori amplius hæeret dubium, seu testes victoriæ ad  
 id tempus extitisse memorant. At NICETAS ACOMINA-  
 TUS *Thesaur. Orthod. Fidei E. IV. o. l. in Bibl. M. Patr. T.*  
*XII. P. l. p. 544: Petrum orando, DEO intentum, spiritibus, &*  
*quibus Sinu rapiebat, inceptis, effecisse tradit, ut in ca-*  
*pitulum, ex alto magus corruerit, pedibusque in terra prostratis, mise-*  
*ram animam exhalans, effuso viam cerebro disperserit.* Rufus  
 non caput sibi, aut effuso viam cerebro dispersisse, nec in  
 quatuor disruptum partes, sed totum omnino corpus perfra-  
 ctum esse contendunt alii. SIMEON-METAPHRASTES;  
*Συμμετρεῖται ἀπὸ τῆς δεξιᾶς ὀφθαλμοῦ.* ELISEBIUS quidam apud  
 DAMASCENUM, *Panallolorum T. I. c. 56: ipseque Pseudo-*  
 ABDIAS: *Totus fractus corpore debilitatisque cruribus.* Et ta-  
 men, si Simeonem ac Abdiam exceperis, constat hætenus  
 prolatos Scriptores, ad cetera licet discordes, in uno conve-  
 nisse cunctos: *καθὰ τὴν πτώματι* non diu superfuisse magum,  
 sed confestim miseram exhalasse animam. Contra ABDIAS  
 disertè *Corruit, inquit, NEC STATIM exanimatus est, sed*  
*totus fractus corpore, debilitatisque CRURIBUS, POST PAR-*  
*TIUM HORARUM SPATIUM INIRI expiravit.* Et SIMEON  
 METAPHRASTES non eodem, sed sequenti demum die  
 extinctum asserit: *Δευτεροῦτος τὴν ἡμέραν ἀποχθὴν ἀπαρτήνυσε.*  
 Et Pseudo HEGESIPPUS, laudatus etiam in hoc negotio ab  
 HINCMARO, *Opusculo I. c. 32: Corruit nec exanimatus est,*  
*sed fracto debilitaque CRURE VITIAM concessit, atque IBI*  
*mortuus est.* Neque soli hæc tradidere, Scriptores apocryphi,  
 veterum ARNOBIUS quoque initio *sec. IV. scripsit: Pondere*  
*precipitatum suo, CRURIBUS iacuisse præfractis, post deinde*  
*per laeam BRINDAM, cruciatibus, & pudore, defessum, & ex ab-*  
*ominatissimi adminis se rursus precipitasse sabigio. In H. ady. Gen-*  
 105

tes. Et ipse Petrus a DEO hæc precatus introducitur in *Con-*  
*stitut. Apost. L. III. c. IX.* Ego, inquit, mente ac manibus ad  
 celum protensus, supplicabam DEO per IESUM Dominum, ut exi-  
 osum hominem deturbaret, & Demonum vim occideret, - -  
 deturbando autem **NON OCCIDERET, SED CONFRINGE-**  
**RET.** Ἰκέλευον τὸν Θεὸν ἤξειν τὸν λυμένον - - πείξαντα δὲ μὴ  
 καταλάσσειν, ἀλλὰ συντρίψαι. Idemque ita etiam factum esse  
 mox subiungit: Simon spoliatus potestatibus cum magno frago-  
 re corruit, & vehementi casu elisus, **COXAM ac PEDUM EX-**  
**TREMA** frangit. Καὶ παύσις ἐγένετο, συντρίβεται τὸ ἰχθὺν καὶ  
 τῶν ποδῶν τὰ ἄκρα. Proinde hi non statim, sed post exiguum  
 temporis spatium, interiisse affirmant: eoque ipso prioribus  
 manifeste contradicunt. Ut vero inter illos de hoc ultimo  
 magi fato haud levis animadversa dissensio: ita & hos rursus in  
 diversa abire ipsa nos docet αὐτοψία. ABDIAS, ni fallor, *eo-*  
*dem*, METAPHRASTES *postero die* extinctum esse asserit.  
 Idem ABDIAS *inibi*, eodem puta loco, ubi deiectus erat Si-  
 mon: HEGESIPPUS vero *Aritia* mortuum esse: contra ea  
 ARNOBIUS *Brunde* ex altissimi culminis se rursus præcipi-  
 tasse fastigio contendit. Denique hi tres in primis illi *crura*  
 præfracta & debilitata esse affirmant. At fictus ille Petrus in  
*Constitution. L. III. c. IX.* fregisse *coxam ac pedum extrema:* Et  
 lemma huic capiti IX. præfixum græce, *pedum & manuum ex-*  
*tremitates; συντρίβη τῶν ποδῶν καὶ τῶν χερῶν τῶν ταραχῶν.* MA-  
 XIMUS denique Taurinensis *crura* confregisse *plantisque*  
 amisisse perhibent. Proinde cum tantam huius negotii Scri-  
 ptoribus incessisse discordiam videamus, ut in singulis fere  
 circumstantiis alia atque alia protulerint; adeoque in concor-  
 diam distractos reducere sit difficillimum, imò ἀδύνατον: per  
 se patet, non modo inde haud exiguum silentio Iustini & Ori-  
 genis (vid. supra p. 188; sq.) accedere robur; verum nostram  
 quoque de Incrementis fabulæ sententiam p. 180, sq. exposi-  
 tam non parum firmari. Novimus virum summum, cuius  
 scriptis stupenda polyhistoria refertis multa nos in hoc littera-  
 rum genere debere haud ingrati facemur; novimus, inquam,  
 cele-

celeberrimum IO. ALB. FABRICIUM in *Codice Apocr. N. T. P. III.* p. 570. *propter nonnullam Scriptorum de magico Simonis volatu pugnam nolle statim cum THOMA MILLESIO notis ad CYRILLUM Hierosol. p. 88. totam rem fabulis adscribere.* Neque id miramur, qui cuncta potius tanti viri magni semper facimus & merito veneramur. Cum vero pauca admodum sint, quæ hac de re protulit in luculenta Cyrilli editione Millelius: hæc ipsa nos causa ac ratio impulit, quæ curta nobis suppellex libraria & exilis scriptorum ecclesiasticorum cognitio suppeditavit testimonia, ut ea hic ordine exponeremus; si forte fabulam, laudatam ab his, culpatam ab illis, suis tandem præsidiiis nudatam explodere possemus peritus. Penes lectores eiusmodi rerum gnaros esto iudicium. Nos vix quicquam superesse putamus aliud, quam ut 11º hæud fallaci assequamur coniectura, quo IUSTINUS modo quæve ratione deceptus statuam *Simoni DEO Sancto* consecratam vidisse se Romæ asserat. Cum enim deinceps sive ex illo, sive rumore vulgi sua hauserint IRENÆUS L. I. c. XX. TERTULLIANUS in *Apolog. c. XIII.* EUSEBIUS & CYRILLUS HIEROS. II. cc. AUGUSTINUS de *Heræsbus & THEODORITUS Hereticarum Fabul. L. I. c. I.* sequitur, detecto sancti Martyris errore, ceterorum cum eo concidere auctoritatem, neque eorum in hoc negotio valere amplius testimonia. Erant præter alias ineptias plurimas Romanis quoque *Dii Semones, quales dicti voluerunt deos, quos nec cælo dignos adscriberent ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Hippona, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent, pro gratia veneratione, sicut VARRO in Mystagog. ait: Semoneque inferius derelicto, DEum de pinnato atcollam orationis eloquio, teste FULGENTIO de Prisco Sermonem in DIONYSII GOTHOFREDI Corpore Auctorum L. Lat. p. 803. n. 11.* Hosque ipsos LIPSIUS *Semones quasi Semibemones* dictos esse ex nomine & re auguratur: *Nam hominem, inquit, antiqui bemonem appellabant, Antiquarum Lect. L. II. c. XVIII. Opp. T. I. p. m. 354.* Vid. quæ pag. sq. adfert plura. Horum in numero SEMO-

NUM fuisse quoque SANCUM, SANGUM vel SANC-  
TUM, (varie enim scribitur) LIVIUS testis est. L. VIII.  
c. XX. *Senatus Vitruvii bona SEMONI SANCO censuerunt  
consecranda cet.* Sabini olim, seu gentis suæ vel regem pri-  
mum, vel primi certe regis patrem, in DEOS retulerant.  
Ostendit id CATO in *Originibus*, de eo enim DIONYSIUS  
HALICARN. *Antiqq. Roman.* L. II. c. XLIX. Porcius, in-  
quit, *Cato nomen Sabinorum genti inditum fuisse ait a SABINO  
SANCI FILIO, qui erat loci illius GENIUS. Hunc autem  
Sancum a nonnullis vocari DEUM Fidium. Ἐπὶ Σαβίνα. τὸ Σάβυ-  
ος, δαίμονος ἐπιχρησῆς* cet. ubi confer. quæ cum de var. le-  
ction. tum de re ipsa monuere viri doctissimi SYLBURGIUS  
& HUDSONUS T. II. p. m. 335. edit. Oxon. 1704. qui  
pro Σαβίνα contendunt legendum esse Σάββα, quod & SILIUS  
ITALICUS videtur confirmare L. VIII. v. 421, 199. †

*Ibant & læti pars SANCUM voce canebant  
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant  
SABE tuas, qui de patrio cognomine primus  
Dixisti populos magna ditioe Sabinos.*

De hoc Sabo eiusque patre Semone Sabatio (ut vocat) multa,  
nescio qua fide; protulit PETRUS LEO CASELLA in li-  
bro *de primis Italia colonis*, apud GRÆVIUM *Thesaur. An-  
tiq. Italiae* T. I. p. 3. & 14, 199. Ostendunt quoque idem  
scriptores Christiani latini, LACTANTIUS L. I. *Institutio-  
num Divinar.* c. XV. p. m. 36. *Privatim vero singuli populi  
gentis aut urbis suæ conditores, seu viri fortitudine insignes  
erant, seu femina castitate mirabiles, summa veneratione colue-  
runt: ut Aegypti Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrum,  
Pæni Uranum, Latini Faunum, SABINI SANCUM, Romani  
Quirinum.* Et AUGUSTINUS de *Civit. DEI* L. XVIII.  
c. XIX. Opp. T. IV. p. 1051. *SABINI etiam REGEM suum  
PRIMUM SANCUM, sive ut aliqui appellant SANGTUM, re-  
tulerunt in DEOS.* Cumque Reatina *aperta* Sabinorum fue-  
rit antiquissima, unde plures olim miserint colonias; Reatinæ  
quoque prefecturæ nomen deinceps, non incelebre; Sancus  
inde

inde etiam dictus est Pater Reatinus; sic enim inscriptio apud GRUTERUM habet, p. XCVI. n. 6. SANCO. DEO. PATR. REATIN. SACRUM. Neque tamen a Sabinis solum in numerum DEorum relatus, verum a Romanis quoque: quos inter vel antiquum *Sanci*, *Semonisque* Patris, vel latinum *Dii Fidii*, vel denique Græcum nomen *Herculis* obtinebat. Sic antiqua inscriptio GRUTERI l. c. num. 7. SANCO. FIDIO. SEMO PATRI. Sic quoque OVIDIUS canit Fastor. L. VI. v. 213, sqq.

*Quarebam Nonas SANCO, FIDIONE referrem*

*An tibi, SEMO Pater: cum mihi SANCUS ait:*

*Cuiusque ex illis dederis, ego munus habebō.*

*Nomina trina fero: sic voluere Cures.*

Quæ tamen tria hic recensita nomina quartum illud *Herculis* nequaquam excludunt, quippe qui latine *Dius Fidius* seu *Iovis filius* vocabatur. Nam *DIUM* antiqui ex Græco appellabant, ut a DEo ortum, ἀπὸ τοῦ ΔΙΟΣ - - & *DIUS* dicebatur *hera*um aliquis ab *Iove* genus ducens. inquit S. POMPEIUS FESTUS de Verborum significatione, L. IV. voce *Dium*. Idemque voce *Medius fidius* L. XI. clarius: *MEDIUSFIDIUS* compositum videtur, & significare *Iovis filium*, id est *HERCULEM*: quod *Iovem* Græci Δία, & nos *Iovem*; ac *Fidium* pro filio, quod sepe antea pro *L. littera D.* utebantur. Et porro L. XIV. p. m. 386. edit. Daceti: *Propter viam*, inquit, *fit sacrificium*, quod est *proficiscendi gratia*, *HERCULI* aut *SANCO*, qui scilicet *IDEM EST DEUS*. Proinde licet iam c. L. voce *Medius fidius* addat: *Quidam existimant iusiurandum esse per Divi fidem; quidam, per diurni temporis, i. e. diei fidem*: facile tamen est iudicatu, quid de ista derivatione sentiendum, præsertim cum ipse quoque VARRO de Ling. Latin. L. IV. nobiscum faciat. En eius verba: *Ælius Gallus DIUS FIDIUS dicebat Iovis filius, ut Græci Διόσκουρον Castorem: & putabatur hunc esse SANCUM ab Sabina lingua & HERCULEM ab Græco*; in GODOFREDI Corpore Auctorum L. L. p. 13. Hinc igitur de DIONYSIO HALICARN. ferendum etiam iudicium,



cium, qui supra c. l. verba illa Catonis : *Hunc autem SAN-  
CUM a nonnullis vocari DEUM FIDIUM*; græce ita reddidit :  
Τόν δὲ τὸν Σάγκον ὑπὸ τινῶν ΠΙΣΤΙΟΝ καλεῖσθαι. confer  
eiusd. L. IV. c. LVIII. Ac ne quid desit, quod ad nostram  
firmandum sententiam iure requiri posset, dabimus quoque  
locum PROPERTII, qui L. IV. Eleg. X. p. m. 622. edit.  
Grævii, *Herculem* ita alloquitur :

*SANCTE PATER salve, cui iam favet aspera Iuno,  
SANCTE velis libro dexter inesse meo. Indeque pergit :  
Hunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,  
Sic SANCTUM Tatii composuere Cures.*

Et inscriptionem apud DACERIUM : **HERCULI SAN-  
CO SACRUM SER. SULPITIUS TROPHINUS &c.**  
aliamque Reatinam antiquissimam, a Lucio Mumio victore  
dicatam, ubi ante fores summi templi in capite pile marmo-  
rez, comparet Hercules muliebri vestitu, manu clavam tenens,  
vocibus antiquo more exaratis :

Sanco. Fidio. Semo Patri

De. Decuma. Victor. Tibei. Lucius. Mumius. Donum  
Moribus. Antiquis. Pro. Usura. Hoc. Dare. Semper  
Visum. Animo. Suo. Perfecit. Tua. Ope. Rogans. Te  
Cogendei. Dissolvendei. Tu. Us. Facilia. Faxfels

cetera, apud GRUTERUM l. c. Ac denique Christiani te-  
stimonium scriptoris, puta TERTULLIANI in libro de *Ido-  
latria* c. XX. p. m. 79. *Ceterum consuetudinis vitium est, ME-  
HERCULE dicere MEDIUSFIDIUS, accedente ignorantia quo-  
rundam, qui IGNORANT IUSIURANDEM per HERCULEM.*  
Sabini pariter ac Romani huic Semoni Sanco DEO ædes &  
statuas dicarunt : ut ex iam allatis Scriptorum testimonijs &  
inscriptionibus patet. *Ædem vel sacellum eius Romæ extitisse,*  
docet nos DIONYSIUS HALIC. L. IV. c. LVIII. *ἐν Ἱερῷ*  
*Διὸς Πιστῆς, ὃν Ῥωμαῖοι ΣΑΓΚΤΟΝ καλεῖσιν* & quidem versus  
ædem Quirini, uti supra observatum LIVIO ; in monte Qui-  
rinali, teste OVIDIO l. c.

*Hanc*

*Hunc igitur veteres donarunt ade Sabini ;  
Inque QUIRINALI constituere iugo.*

Collato rursus DIONYSIO L. IX. c. LX. Fani quoque meminit TERTULLIANUS *ad Nationes*: Est, inquit, & *SANCTUS*, propter hospitalitatem a rege Plotio FANUM consecutus. L. II. c. IX. p. m. 59. Statuis autem aliisque divinis honoribus, cum Reate tum Romæ honoratum esse, patet ex inscriptionibus. Reatinas iam observavimus: proinde Romanas in magno GRUTERI opere p. XCVI. n. 5. & 6. notatas his subiungemus; binas quidem modo eas, sed memorabiles valde. Harum altera habet:

|                    |                         |
|--------------------|-------------------------|
| SANCTO. SANCO      | SEMONI                  |
| SEMONE. DEO. FIDIO | DEO FIDIO               |
| SACRUM. DECURIA    | SACRUM                  |
| SACERDOTUM         | SEX. POMPEIUS. S. P. E. |
| BIDENTALIUM        | COL. MUSSIANUS          |
| RECIPERATIS        | QUINQUENNALIS           |
| VECTIGALIBUS       | DECUR                   |
|                    | BIDENTALIS              |
|                    | DONUM DEDIT             |

Et hæc quidem detegendo Iustini errori inservit quam maxime: siquidem ipso BARONIO teste inventa est in lapide ex *insula Tiberina*, sedente Gregorio XIII. effosso, qui adhuc servatur in horto religiosorum mendicantium in eadem insula posito. Vidit hanc statuam IUSTINUS M. in *insula Tiberina*, & nescius, quis esset ille *Semo Sanguis Deus*, infami Mago *Simoni Sancto Deo* dicatam esse putavit. Quod ex ipsis Martyris verbis: *ὅς ἀνδρείας ἀνεργήσεται ἐν τῷ Τίβερει ποταμῷ μὲτὰ τὸν δύο γυφύρων, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΘ ΣΑΚΤΩ.* adeo clare patet, ut inter ipsos Pontificios viri eruditissimi cogantur fateri, e. g. PETAVIUS in *Animadversionibus ad Epiphaniæ Hæresin XXI. Simonianorum*, p. m. 41. RIGALTIIUS in *Tertulliani Apologet.* c. XIII. p. 14. not. c. HENR. VALESIIUS ad *Eusebii Hist. Eccl.* L. II. c. XIII. p. 32. in Notis, ANTONIUS PAGI *Critic. in Annales Baronii*, ad an. Chr. 42. p. 38. n. VI. MABILLONIIUS *Musæ Ital.* T. I. p. 87. ceteri. Proinde mirandum, cum PETRO HAL-

LOIX accuratissimum ceteroquin TILLEMONTIUM, nec minori dignum laude NATALEM ALEX. ausos non esse narrationis istius fidem sollicitare; magis vero, HAMMONDUM, GUIL. SPENCERUM, ipsumque magnum GROTIUM Opp. T. II. p. 448, sq. eadem cum Pontificiis oberrasse chorda: in primis cum vel solus IRENÆUS, Iustino proximus suo eos docere potuisset exemplo, non simpliciter credendum esse Martyri in re tali. Licet enim & is Romæ versatus, statuum, si quæ mago posita fuisset, suismet videre oculis potuisset: tamen L. I. c. XX. p. m. 94. tantum abest, ut narrationem confirmet; ut rumori vulgari & famæ id ferri potius, quam certa adseveratione teneri insinuet. Notabimus verba huius Patris, qui Polycarpi olim auditor fuerat, infra p. 205. Obiicit quidem NATALIS ALEX. *Hist. Eccl. sec. I. c. XI. Artic. I. p. 21. cum Iustini in gentium historia eruditionem, tum accuratam rerum Simonis notitiam, quorum patriam habebat communem Samaritam.* Verum sicut posterius pro nobis potius quam adversario militat; siquidem inde tuto colligere licet, Petri cum mago certamina huiusque exitum tragicum, tanquam Iustino prorsus ignota, in fabularum habenda esse numero, confer. quæ supra diximus p. 188, sq. ita quod ad prius attinet, si id vel maxime concedamus, nihil tamen inde contra nos obtinebitur. Non enim sequitur: homo Palestinus gentium historiam, addo etiam Theologiam, eruditus, in primis vero græce doctus fuit: ergo antiquissimum quoque Sabinorum Genium & Semonem Sancum novit? Imò vero neque novit, neque habuit; unde satis noscere potuit Divum ignotum Poetis historicisque Græcis omnibus, si solum exceperis DIONYSIUM HALICARN. qui verò, *Santi* modo meminit, *Semonis* nomine usus non est; ac præter quoque ea, in diversa quam profere de Sancto narratione, hæret ipse, nec habet, quo se vertat. Proinde certum est, decipi potuisse Iustinum; hac *Semoni Sancto DEO in insula Tiberina* dicata statua: deceptum quoque esse, ex allatis paulo ante circumstantiis valde redditur probabile; idem vero simul certum, ex supra positis rationibus. Quibus subiungerem aliud argumentum celeb. *BASNAGII* in *Annal. ad an. Chr.*

42. §. XVI. T. I. p. 527. *Infolens, inquit, Romanis, Deorum suorum nominibus, addere SANCTI epithetum. Sic est, nullus nummus, ara, imago, cippus, statua nulla reperitur, eo decorata titulo, Iovi DEO SANCTO, Apollini DEO SANCTO, Marti DEO SANCTO. Neque ergo eiusmodi titulo statua Simonis fuisset insignita, SIMONI DEO SANCTO. Omissa ultima voce, titulus hec sola verba subiecisset oculis, SIMONI DEO. Id quod ante eum quoque doctissimus PAGI l. c. paucis notaverat. Sed secus se rem habere, nec Sancti epithetum Herculi peculiare, uti quidam existimant, sed illi cum ceteris Diis omnibus commune esse, ostendent variae, quae hinc inde observavimus inscriptiones. Etenim Iovi Sancto Brontoni habet GRUTERUS pag. XVII num. 12. Idemque Iunoni Sanctae p. XIX. 3. & D. Isidi. Iunoni Sanc. Sacr. REINESIUS num. CCXLVIII, p. 228. Apollini Sancto Gruter. XXXVIII. 6. Minerva Sanctae iterum Reinesius CXXVII. p. 165, qui ita quoque in numo P. Septimii Getae Caesaris legi observat. Diana Vetrici Sanctae bis habet SPONIUS *Miscellan.* p. 88. & Reines. CCLVIII. sq. qui etiam tertiam ad lit: *Invictae & Vetrici Sanc. Diane.* CCLX. p. 233. *Veneri Sanctae Morph. Sacrum.* Reines. XCV. p. 128. *Cereri Sanctissima D. D.* Gruter. MLXV. 9. *Libero. Patri. Sancto. Sacr.* idem LXVII. 3. & *Libero Servatori Sancto* Sponius p. 43. *Soli Sanctissimo* Gruterus bis, XXXVI. 1. 2. confer. Sponius p. 3. *Sancto. Invicto. Miibra.* idem XXXIV. 2. *M. D. M. I. Et. Attidi. Sancto. Meno tyranno,* Reines. XL. p. 73. *Luna Sanctae Sacr.* Sponius p. 43. *Proserpina sanctae* Gruter. XCVII. 5. *Nemese Sanctae* idem LXXX. 2. & *Sanctissima Nemese* ibid. 3. *Genio Sancto* idem CVIII. 1. & MLXXV. 10. & *Genio Pacifero. Sanct.* Reines. CCXCIV. p. 149. & Spon. p. 102. qui vero *Placifero* legit. *Fortuna Sanctae* Gruter. ter, LXXIX. 3. & 4. & MLXXII. 8. *Annona Sanctae* idem LXXXI. 10. *Sar--Melpomina* idem XXV. 9. *Nymphis Sanctissimis* idem XCIV. 2. *Aquis Albulis Sanctissimis* Sponius p. 95. *Pilumno. Sanctissimo Genio. Municipi.* Gruter. XCVI. 4. *Aesculapio Sancto* idem LXX. 3. & 4. *Febri Divae. Febri Sanctae. Febri Magnae.* idem XCVII. 1. Quid? quod titulus ille Sancti & Sanctissimi Silyano fere sapius quam ipsi*

tribuatur Herculi: etenim *Herculi Sancto* quater legi in Gruter. XLVI. 7. XLIX. 1. & 5. & XCVI. 6. at *Sancto Silvano* idem habet duodecies, vid. XLII. 6. & LXII. 7. & LXV. LXVI. item MLXXI. 8. & Reines. bis Cl. p. 138 & CV. p. 142. *Herculi Sanctissimo* iterum bis Reines. LXIV. & LXV. bis etiam Sponius p. 42. & 50. Gruterus quater, XLVIII. 1. 2. 11. & MLXX. 6. *Sanctissimo Silvano* Gruter, bis, LXII. 8. & 65. Sponius ter, p. 42. 43. & 45. Proinde iam satis ex his constat, non insolens fuisse Romanis, deorum suorum nominibus addere *Sancti* epithetum: nec Herculem solum, sed ceteros etiam deos deasque hoc titulo in inscriptionibus honorari. Sed erunt forte, qui hæc, cum amplius negari nequeant, nobis concedentes, nihilo tamen minus obiiciant, harum esse nullam, ubi voces *DEO Sancto* coniunctim positæ legantur. Hæc, ni fallor, doctissimo BASNAGE mens: hinc *nullus*, inquit, *nummus, ara, imago* - - *reperitur ea decorata titulo, Iovi DEO Sancto, Apollini DEO Sancto, ceter.* At rursus nos contrarium docent inscriptiones. *DEO Sancto Apollini Pacifero* habet Gruterus XXXVIII. 7. *DEO Sancto Belatucadro*. idem LXXXVII. 1. *Bona Dea Sancta Sacr.* idem LXXXII. 1. *Diis Sanctis. Silvano. Herculi. Libero.* ex Marmor. Arundel. Reinesius CVIII. p. 149. *DEO Sancto Mercurio* Sponius p. 43. *DEO Sancto Numini DEO Magno Libero Patri* idem p. 27. *Bona Dea Sanctissima Cælesti* idem p. 97. Quibus etiam has subiungere licet: *Hercules. Invictæ. Cautus. Hac Tuo Donum* - - *Numini. Sancto. Dicavit. Prætor. &c.* Gruter. XLVII. 3. *Omnipotenti DEO Mithra* idem XXXIV. 1. *Sancto. Sanco. Semoni. DEO. Fidio*, idem supra p. 204. *Numini Sanctissimo. Genio. Municipii* Reines. CCXCVI. 1. aliasque. Sed de statua *Simoni DEO Sancto* a S. P. Q. R. posita deque huius opinionis origine satis: ad volatum eius sub Nerone, secutumque casum funestum quod attinet, forte huius traditionis origo prima referenda esset ad Neronis ludos. Inter alia enim, quæ ille edidit spectacula, comparuit quoque *Icarus*, vel Icaripotius imitator quidam, de quo notatu non indigna sunt, neque ab hoc negotio aliena, quæ memoriæ prodidit Suetonius in *Nerone* c. XII. n. 6, *ICARUS*, inquit, *primo statim*

comatu

*conatu iuxta cubiculum eius (Neronis) DECIDIT, ipsamque cruore resperfit.* Ecce impostor, qui Suetonio teste (antiquissimo & fere coevo, Romano præterea viro, magnæ cum eruditionis tum auctoritatis) Romæ adspectante populo volavit, decidit, simulque periit. Fuerit ille Simon magus vel alius quis, parum curamus, qui & hanc coniecturam neque nobis neque aliis obrudimus. Sufficit indicasse, unde sua hausit IUSTINUS, historix, moribus, senatusconsultis Romanis contrariis. Quo decepto, fallunt quoque & falluntur, qui ex eo sua rigarunt prata, EUSEBIUS, ceterique supra notati; nisi forte exceperis IRENÆUM, cui licet non ignotus fuerit Martyr, vid. L. I. c. XXXI. quid? quod ne quidem esse potuerit; huius tamen testimonio non nititur, sed longe cautius de Magi statua pronuntiat sententiam L. I. c. XX. *A Claudio, inquit, Casare statua honoratus esse DICITUR propter Magicam.* Romæ haud ita multo post Iustinum versatus est Irenæus, vid. supra num. 16. p. 171. & EUSEBII *Hist. Eccl. L. V. c. III. IV.* cumque esset linguæ Romanæ & antiquitatum gentis peritior illo: non facile se decipi passus est, ideoque famæ tantum ac rumori hæc accepta retulit; aliter certe scripturus, si vel veram Magi statuam in urbe suismet vidisset oculis, vel ea de re certi quidquam a fide dignis comperire potuisset.

22) Sed nec illud prætermittendum, quod ipsa IUSTINI verba cum locis EUSEBII & HIERONYMI supra citatis p. 149. collata nobis suppeditant: inde enim patet, quæ in his de Petro occurrunt, ea non Iustino, sed vulgari traditioni & scriptoribus apocryphis deberi, vid. supra num. 20 p. 180, 181. Agit de Simone eiusque statua B. Martyr: at nihil in eo reperies de Petro, eiusque adventu Romano, pugna cum Simone, Episcopatu; ne *γῶ* quidem. Confer. supra p. 188, 189. Proinde, si vel maxime vera essent de Mago, quæ ille tradidit, nos vero iam satis, ut puto, refutavimus: non tamen inde quidquam ad stabiliendum suam de Petro sententiam colligere possent adversarii. Provoeant eorum quidam ad IRENÆUM & CAIUM, quorum verba num. 11, 12, p. 164, 165. allegavimus: verum & hos nobiscum facere ostendimus num. 16.

p. 170, 171. Quod vero ecclesiam Romanam a Petro & Paulo fundatam esse perhibent, id non ita intelligendum esse, ac si primi in hac urbe Evangelium Christi docuerint, sed de rite ordinatis formatisque ecclesie rebus, constituto eius episcopo Lino; ipsa testantur verba, *Ἐμελιώσαντες ἐν τῇ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν διὼ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχρίθησαν*, & erudite monstravit doctissimus IO. ERN. GRABE in *Notis* ad h. l. p. m. 199. Certe ante Pauli adventum Evangelii prima in agro Romano iam sparsa fuisse semina, patet ex Rom. 1. Nondum autem constitutus erat, cui ἡ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργία in universa hac ecclesia competeret; alii igitur in domo Aquilæ & Priscillæ conveniebant, Rom. XVI. 5. alii vero Asyncrito, Phlegonti, Hermæ, Nereo, v. 15, 16. & alii denique aliis adhærebant: donec ambo venientes Apostoli curam huius gregis, crescentis in dies valde eorum opera & ministerio, Lino, vel ut alii volunt, Clementi committerent.

23) Sed quærent fortasse ex nobis istius religionis homines: unde HIERONYMO & sequacibus in mentem venerit, nemine præeunte asserere, Petrum viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuisse Romæ? Responderunt ad hæc iam dudum pro nobis, ex ipsis Pontificiis viri artis criticæ peritissimi, STEPH. BALUZZIUS, & ANTONIUS PAGI, qui existimarunt, ex male intellectis LACTANTII verbis supra num. 13. p. 167. prolatis, hunc ortum esse errorem. Digna imprimis sunt verba Baluzzii, quæ legantur in *Notis* eius ad *Lactantii Libr. de Moribus Persecutorum* p. m. 10. edit. Bauldrinæ. Quocum prorsus faciens contra BARONIUM & innumerabile recentiorum agmen iam laudatus Pagi *Critica* p. 40. allegat quoque PAPEBROCIUM & LUDOVICUM DU FOUR: Confer. tamen celeb. ITTIGIUS, qui in *Selec-tis Capp. Hist. Eccl. sec. I.* hæc se in Papebrocii *Conatu Chronico Historico* invenire potuisse negat. Tacco, quæ in *Notis* ad *Eusebii Hist. Eccl. L. II. c. XVI.* p. 33. observavit eruditissimus VALESIIUS, quæque iam olim contra inveteratum errorem disputavit IO. AVENTINUS, *Annal. Boior. L. II.* p. 89. item testimonium REMIGII in *Explanation. Epp. Pauli* mox p. 215.

p. 215. proferendum; NICEPHORI CALLISTI in *Hist. Eccl.* L. II. c. XXXV. ubi sub Nerone, & *Passionalis de vitis Sanctorum*, ubi anno 13: Claudii Petrum venisse Romam asseritur, aliaque eiusmodi supra licet num. 2. p. 155. promissa; ubi enim tot rationibus res iam confecta est, ibi certe recentiorum testimoniis non egemus.

24) Cum igitur hæc adeo sint manifesta, ut ex ipsis Pontificiis cordatioribus eadem diffiteri nequeant: miramur certe virum in historia ecclesiastica versatissimum, NATALEM ALEXANDRUM, in eundem cum reliquis errorem delatum esse, *Hist. Eccl.* Sec. I. Diss. XIII. Totam ille dissertationem, de  *sessione S. Petri Romæ ex instituto conscriptam*, in tres propositiones divisit, quarum prima est: *S. Petri Apostolorum principis Romanam adventum, quem obscurius indicat Scriptura Sacra, Traditio disertè probat.* Ubi inter alia variis Patrum testimoniis probare annititur, Babylonem Iohannis in Apocalypsi, cuius mentio quoque fit 1. Pet. V. 13. ipsam fuisse Romam: quod & nos haud inviti largiamur ipsi, donec ad priorem Petri epistolam deveniamus. Altera: *S. Petrus Romæ martyrium subiit.* Et ne hic quidem nos multum dissentientes habebit. Tertia vero est illa ipsa, quam hactenus negavimus: *S. Petrus ab anno secundo Claudii Imperatoris ad mortem usque, Romanam rexit ecclesiam.* Ardebat, fateor, mihi animus, cum hæc legerem, nec nisi præclarum quid a tanti nominis viro, mihi pollicerem, paratus etiam mutare sententiam, si me ratione expugnatum sentirem: sed spem cecidisse in irritum, patebit ex ipsis eius argumentis. *Probat*ur primo, inquit, ex *S. Hieronymo in Catalogo Scriptorum Ecclesiæ. in Petro: sunt eadem verba, quæ in superioribus iam examinavimus. Secundo, id suadet ecclesiæ Romanae dignitas, cui semper cetera ecclesiæ ob B. Petri reverentiam, Primatum detulerunt. Unde S. Irenæus L. III. c. III. ait: Ad hanc enim ecclesiam, propter POTENTIOREM PRINCIPALITATEM, necesse est omnem convenire ecclesiam, & c. eos, qui undique sunt fideles, cetera. Quæ vero verba a prava detorsione FEUARDENTII aliorumque egregie vindicavit modo laudatus IO. ERN. GRABE in notis ad h. l. ubi ex GREGORIO NAZIANZENO & Concilio Antiocheno*

ostendit.



ostendit, intelligi hic *confluxum eorum, qui ab omni ecclesia Romam mittebantur, ut causam Christianorum agerent apud Imperatores, quorum potentior erat principalitas.* Certè, si persona doctoris potentiorè quandam principalitatè conciliasset ecclesiis, potentissima fuisset principalitas ecclesiæ Hierosolymitanæ, cuius fundator ipse Christus, doctores Apostoli omnes, in primis Petrus, Iohannes & uterque Iacobus tanto temporis spatio fuerant. Pergit noster: *Tertio, S. Petrus, ex quo Antiochia discessit, alicuius sedis episcopus fuit: cuius porro nisi Romana? Ergone Petrus, Apostolus Iesu Christi, nullius nisi Antiochenæ & Romanæ ecclesiæ curam gessit episcopalem? imo verò Hierosolymitanæ quoque, Samaritanæ, Lyddensis, Iasniensis, Cæsariensis, aliarumque plurium in Ponto, Asia, Bithynia, Cappadocia, cet. Ipse Natalis, sui quasi oblitus, deinde fol 151. fatetur: Neque enim asserimus, ipsum Romanæ ecclesiæ, quasi Prometheum Caucaaso, ita affixum & alligatum fuisse, ut Roma nusquam exiret, cet. Sed audiamus reliqua. Quarto, id suadent Patres, quotquot Romanorum episcoporum catalogum sexuere: illi enim saccessionis originem a S. Petro repetunt.* Ubi verba Tertulliani, Optati, & Augustini, allegat. Quid vero illi suadent? Num Petrum venisse Romam anno 2. Claudii? Num inde ad mortem usque Romanam rexisse ecclesiam? Nihil minus. Nam AUGUSTINUS h. l. *ecclesiæ*, non Romanæ, sed in genere meminit. TERTULLIANUS vero tantum abest, ut his verbis Petro tribuat episcopatum Romanum, ut potius testetur, ipsam Romanorum ecclesiam, suo ævo h. e. secundo labente sæculo, referre *Clementem* a Petro ordinatum primum suum episcopum. Si autem Patrum quidam Petrum Romanæ ecclesiæ episcopum nuncupant, idem quoque illi de Paulo asserunt. Sic EPIPHANIUS: *Ἐν Ρώμῃ γενοῦναι πρῶτον Πέτρος ἢ Παῦλος οἱ Ἀπόστολοι, αὐτοὶ ἢ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ.* supra n. 14. p. 168. Sic ipsi Pontifices vicarios se Petri & Pauli, eorumque successores non raro vocant, vid. e. g. HADRIANI I. *Epistola ad Constantinum & Irenem* Imperatores. Sic denique *bulle papales* loquuntur, in quibus impressæ, octingentis abhinc annis & ultra, utriusque Apostoli imagines conspiciuntur: & quidem Paulus ad dextram Petri col-

loca.

locatus est, non ut videatur Petrus Romæ velut in domo propria, Paulo tanquam peregrino, honore & loco cessisse, id quod RAYNAUDUS Opp. T. X. p. 224. nugatur; sed forte quia prior Romanos docuerat Paulus, diutius etiam inter eos versatus erat, quam Petrus. *Quinto, id suadet omnium Patrum auctoritas, qui Romanam sedem Petri Cathedram nuncupant.* Quod & nos supra num. 10. p. 162. observantes, quantum ex hac phrasi pro adversariorum sententia sequatur, ostendimus. Quam vero alieni fuerint Apostoli, & in iis Petrus a gloria primatus sibi vindicanda, præter ibi notatos Cyprianum & Augustinum, eleganter nobis tradidit CLEMENS ALEXANDRINUS *Ἱεροσολύμων* L. VI. & ex eo EUSEBIUS *Hist. Eccl.* L. II. c. I. *Ait enim post Servatoris ascensum, Petrum Jacobum & Iohannem, quamvis Dominus ipsos ceteris prætulisset, non idcirco de primo honoris gradu inter se contendisse, sed Jacobum cognamine Iustum Hierosolymorum episcopum elegisse, hæ sunt rationes viri doctissimi; quibus propositionem suam firmare conatus est: quæ sequuntur, ad diluendas Salmasii aliorumque obiectiones pertinent, his adeo similia, ut haud raro appareat, voluisse eum in mediâ luce cæcutire.* Nec mirum: lege enim, si placet, DU PINIUM, *Biblioth.* T. XIX, p. 103. & videbis, non tantam semper fuisse huius viri constantiam, quæ, ad defendendam contra adversarios veritatem agnitam in papatu sufficeret.

Et sic tandem multorum improbitate depressa veritas emergit, Si vero Petro & Paulo prima huius ecclesie origo non debetur, quærere a nobis sustinent adversarii; quis tum eius auctor fundatorque habendus? quasi post tot prolatas rationes & everfam penitus illorum sententiam, hoc quoque demonstrandum esset, antequam victas darent manus. Quibus vero sufficit cum celeb. SAM. BASNAGIO respondere *Annal.* T. I. p. 525. *Quis nobilis postor ecclesie fuerit, Deus novit, nos nescimus. Num advenarum aliqui Romanorum, quos constat fuisse Hierosolymis, cum illapsus est Spiritus Sanctus? Num Andronicus & Iunias, inter Apostolos insignes, qui ante Paulum fuerant in Christo? HOC UNUM SCIMUS, A PETRO LACTA NON*

*FUISSE huius ecclesie fundamenta.* Interim, dum hæc Basnagii recenset Vener. IO. IAC. RAMBACHIUS in libello egregio, *Introductione in Epist. ad Rom. s. VI.* ipse p. 29. pro D. BARNABA addit sqq. *Non possum tamen quin adscribam, quæ in Recognitionibus CLEMENTIS Romani de primis Christianæ doctrinæ seminibus in agro Romano sparsis narrantur:* iisque expositis p. 31. ita pergit: *hæc si vera sunt, BARNABAS primus fuit Romanorum Apostolus.* Cum autem hanc Pseudo CLEMENTIS historiam examinanti mihi varia subnata sint dubia: ipsa eius verba, quo Lector de fide huius quoque traditionis eo melius possit iudicare, addam ex *Recognitionum* L. I. c. II. desumpta; & quidem ad editionem, quam possideo, Parisiensem 1504. fol. quæ adeo longe est antiquior illa editione Io. Sicardi Basil. 1526. fol. (quam horum librorum primam esse pronunciant Polyhistori celeberrimi, THOMAS ITTIGIUS in *Selectis Capp. Hist. Eccles. sec. I. c. I.* p. 55. & IO. ALB. FABRICIUS *Cod. Apocryph. N. T. T. II.* p. 760. fin. nec non *Biblioth. Gr. L. V. c. I. s. XII. Vol. V.* p. 36.) imo omnium prima: id enim *Iacobus Scapulensis* in epistola ad Reverendum Patrem Iacobum Ramirum Episcopum Cæniensem, quæ initio operis conspicitur, haud obscure testatur: *opere precium, inquit, me facturum duxi, & presentibus & futuris: si libros illos vetustate & situ in antiquis bibliothecis marcentes, recognoscerem, recognitos autem quasi de carceris squaloribus exemptos plurimorum (& presertim eorum, qui religiosa mente sunt) virorum oculis legendos ingererem, cetera -- --* Vale Parisiis X. Februarii M. D. III. Titulus huius editionis habet: **PRO PIORUM RECREATIONE: ET IN HOC OPERE CONTENTA.** Epistola ante indicem. Index contentorum. Ad lectores. *Paradysus.* Epistola Clementis. Recognitiones PETRI apostoli. Complementum epistole Clementis. Epistola Anacleti. Fol. 36. ubi desinit Heraclides, hæc verba leguntur: **LIBRI HERACLIDIS EREMITÆ BYTHINIÆ EPISCOPI de Sanctis Egypti & variorum locorum patribus, qui Paradysus (hoc est ortus) appellatur: Parisiis Ex officina Bellociana, ad laudem dñi nostri Iesu Christi, Salvatoris oim, & ano eiusdem Mdiiii.**  
xxiii.

xxiii *Februarii* FINIS. Ad calcem vero totius operis: *HERACLIDIS, RECOGNITIONUM PETRI APOSTOLI EPISTOLE CLEMENTIS ET ANACLETI PARISIIS EX OFFICINA BELLOVSIANA IMPENSIS IOANNIS PARVI BIBLIOPOLE DILIGENTISSIMI ANNO DOMINI SALVATORIS. M. D. III. IDIBUS IULII IULLIO SECUNDO PONTIFICE MAXIMO.* Hæc de editione libri antiquissima &, ni fallor, rara. Ipsum iam Pseudo Clementem audiamus, quo ex verbis eius diiudicare liceat, quam mereatur fidem *Quum his ego, Clemens inquit, ex versione RUFFINI, quæ hodie tantum exstat, cogitationis meæ astibus agitarer, fama quedam sensim in imperio Tiberii Cæsaris, initio ex orientis partibus sumto, pervenit ad nos (Romam) & per singula convalescens, velut a DEo bonus quidam nuntius missus, universum replebat orbem. Diffundebatur ergo per singula loca, quod esset quidam in Iudæa, qui sumto a tempore veris exordio, regnum DEI evangelizaret Iudæis, idque percepturos diceret eos, qui mandatorum suorum & doctrine instituta servassent. Ut autem sermo eius fide dignus ac divinitatis plenus crederetur, virtutes multas, & signa ac prodigia mæra, efficere iussione sola dicebatur: ita ut, tanquam claudos erigeret (ita meum exemplar; COTELERIUS autem in Monumentis Patrum Apostolicorum T. I. p. 488. edit. Antwerp. edidit: claudos erigere) atque omnem infirmitatem sanctosque Demones ex hominibus effugaret; sed & oblatos sibi mortuos suscitaret; leprosos quoque eminens videns curaret; & nihil omnino esset, quod ei impossibile videretur. Hac & horum similia processu temporis crebris iam non rumoribus, sed manifestis quodammodo adventantium ex illis partibus nuntiis, firmabantur: & ipsa iam per dies singulos rei veritas pateferebat. Denique in urbe per loca conventus fieri, & de hoc sermone tractari; atque in admiratione res haberi cepit, quisnam is esset, qui apparuerit, vel quid nuntii a DEo hominibus detulisset: donec sub eodem anno vir quidam adstans in urbis loco celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens: Audite me o cives Romani! Filius DEI in partibus adest Iudæa, promittens omnibus, volentibus audire se, vitam æternam; cetera, quæ ex primo illo Barnabæ sermone profert noster; quo finito per-*

git: *Erat autem vir iste, qui hac loquebatur ad-populum, ex Orientis partibus, natione Hebraus, nomine Barnabas, qui se etiam unum ex eius discipulis diceret, missumque ad hoc, ut hac volentibus indicaret &c.* Narrat inde porro, quomodo Barnabas, cuius simplicem sermonem populus amplecti cœperit, hinc a Philosophis syllogismorum telis obrutus (quos tamen ne responsione quidem dignos iudicaverit): illinc a vulgo derisus ac velut barbarus & sanæ mentis haud compos, contemptus; a se autem (Clemente) defensus, post aliquos dies in Iudæam ad diem festum religionis suæ, qui immineret, redierit. Valde tunc cupiebat videre Iudæam, adeoque pariter cum eo navigare Clemens; cum autem una descenderet usque ad portum dicit Barnabæ: *quia nisi aliquantulum pecuniæ necessario mihi esset a debitoribus reposcendum, nihil omnino differrem; velociter tamen insequar iter tuum.* Et diebus paucis remoratus, enavigavit continuo in Iudæam, & post dies quindecim pervenit Cæsaream, ubi & Barnabam & Petrum invenit, descensurum die crastino cum Simone Mago in certamen. Hæc est summa totius historiæ Clementinæ de Barnabæ in urbem adventu ad reditu: quam quidem paucis iam licebit examinare. Non urgebo alia *voûelas* libri criteria, sat multa iamque dudum a viris doctis notata: ipse enim clar. MILLIUS infra ad §. 227. dabit aliquando, si DEUS adnuerit, nobis occasionem de his uberius differendi. Sed nec omnia, quæ ad arguendam huius historiæ falsitatem proferri poterant, commemorabo. Sufficit hoc loco observasse 1<sup>o</sup> Barnabam Christo Servatore adhucdum inter Iudæos degente Romam venisse: ita enim Clemens: *Sub eodem anno vir quidam, cet. & rursus, Filius DEI in partibus adest Iudææ; quid? quod ab eo missus fuit ad hoc, ut hac volentibus indicaret.* Iam quidem historia testatur Evangelica, Christum emisisse 12. Apostolos: verum nemini quoque ignotum est mandatum, quod illis dedit Matth. X. 5, 6. ne scil. hac vice ad gentes, sed ne quidem in civitates Samaritarum abirent. Misit rursus LXX. discipulos, quorum forte in numero & Barnabas fuit: sed quis dubitaret, quo minus & ipsis esset interdictum æque ac illis XII. cum nondum a mortuis surrexisset Servator, neque Spiritum

S. eis

S. eis donasset. Ipse, qui hæc exposuit LUCAS, testatur, Christum misisse illos *ἀνά δύο πρὸς πρόσωπα αὐτῶν εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον ὃ ἐμίλλεν αὐτὸς ἐρχοῦναι.* c. X. 1. Christum autem Romæ fuisse, aut eo voluisse venire, quis assereret? 2º Sed & fictus ille Clemens se ipsum refellit: addit enim, Barnabam post aliquot dies rediisse in Iudæam, seque ipsum paucis diebus remoratum Romæ post dies 15. venisse Cæsaream, ibique Petrum cum Barnaba reperisse. Ergone intra *aliquot & paucorum*, ac tandem *15. dierum* spatium Dominus noster cruci adfixus est, ascendit in cælos, misit Spiritum S. Petrus autem ac reliqui Apostoli omnia ea peregerunt, quæ Act. II--X. continentur? Ipse Petrus Iapho *ἡμέρας ἰκανὰς* mansit, antequam iret Cæsaream Act. IX. 43. ut alia taceam. Sed dices: verba illa Clementis non adeo stricte secundum litteram capienda esse; quin potius vero fieri similis, si statuatur, Barnabam, mortuo Servatore, Romam venisse. Fateor: verum non absque ratione quæro, quodnam adventus eius statuendum sit tempus. Certe ante expositam a Petro centurionis Cornelii conversionem Romam ire civesque Romanos alloqui non poterat, vid. Act. X. 9, seqq. & v. 28, 34, 35, 43, seqq. coll. c. XI. 1--18. Accedit, quod hoc ipso tempore fuisse eum Hierosolymis expressis verbis testentur Acta c. IX. 27. Inde vero missus est Antiochiam c. XI. 22. ac tum demum adscito Paulo comite v. 25. & collecta Antiochenorum perlata Hierosolymam v. 30. & c. XII. 25. gentibus Evangelium annunciare iubetur c. XIII. 2. quos inter tunc Romanos fuisse nullum adest vestigium. Ac proinde monstravi Barnabam, nisi minor Actis quam Clementi fides habenda, ante concilium Hierosolymitanum ne quidem Romam venire potuisse. Hoc vero peracto, divortium a Paulo fecit, ac in Cyprum navigavit Act. XV. 39. Forte & Romam tandem venit: verum sic nimis sero: neque ibi fuisse, cum Paulus epistolam ad Romanos scripsit, sit probabile exinde; quia nullam eius in his litteris fecit mentionem, qui tamen aliorum plurium immemor non fuit. Addere his possum, nisi ad fidem fabulæ detrahendam omnem ista sufficiant: 3º quod ne verbo quidem legatur Barnabas castigasse illam Clementis excusationem: *quia nisi aliquantulum pecunia, cet. cum*


CUS & IUNIUS, cognati Pauli, qui ante ipsum fuerunt in Christo, qui & Roma insignes inter Apostolos fuere Rom. XVI. 7. Qui quando primum Romam appulerint, non constat: hoc constat, quando ibi fuerunt, non fuisse otiosos, sed ad amplificandum regnum Christi omnem impendisse industriam. Præterea URBANUM, quem Paulus adiutorem suum in Christo vocat: uti & AQUILAM cum PRISCILLA (quos certe Romæ habitasse constat ex Act. XVIII. 2. donec Claudius Iudeos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expelleret, SUETONIUS Claudii c. XXV.) & Apellem probatum in Christo, ceterosque plures, quos salutat nominatim, credibile est, Romana Ecclesia Presbyteros fuisse, olim fortassis cum ceteris Iudeis & Christianis Claudii edicto pulsos, at sub Nerone reduces, qui dispersam Ecclesiam recollegerunt, auxerant & in eum statum promoverunt, ut tam insignia Pauli elogia meruerit. Conf. Vener. IOACH. LANGIUS in Comment. de Vita & Scriptis Pauli p. 125. §. XIX. Interim cum in tanto Scriptorum antiquissimorum silentio nihil hic certi definiri queat: egregie S. Rev. RAMBACHIUS l. c. p. 22. hac de re iudicat: Forte DEUS, qui factum Romanae ecclesiae degeneris prævidebat, sapienter voluit, ut primæ eius origines in obscuro laterent, ne locus humanis auctoritatibus superbiendi relinqueretur. Sit autem maneatque primus ille minister, cuius in convertendis Romanis DEUM uti placuit opera, ignotus: nihil inde huius ecclesiae, qualis tunc erat, splendori decedet; cuius statum internum Apostolus in sua hac epistola lætissimum fuisse innuit, quam obrem & ipse summo eiusdem visendæ flagrabat desiderio, Qua de re in §. sq. plura.

(c) De his iam egimus in superioribus §. 24. p. 127. sqq. Confer dicenda §. 27. (a) num. 7. sq. ubi quoque de causa & scopo exaratae huius epistolæ vel ideo agendum, ne iustos dissertationis limites hic excedamus.

(d) Annus, quo scripta fuit hæc epistola, ex omnium fere eruditorum consensu idem est, ac posterioris epistolæ ad Corinthios: unde & supra §. 21. (d) p. 114. sq. de utraque egimus,

Confer tamen etiam, quæ ad §. 26. (a) p. 146.

notavimus.



**DAN. SALTHENII**

S. THEOL. D. ET P. O.

**COMMENTATIO**

IN

**HISTORIÆ CANONIS**

SACRIQUE TEXTVS N. F.

A

**JOANNE MILLIO**

IN

**PROLEGOMENIS AD N. T. TRADITÆ**

**PARAGR. XXVII. XXVIII. XIX.**

IN QUIBUS AGITVR

DE

**EPIST. PAVLI AD ROMANOS.**





## EPISTOLA AD ROMANOS. (a)

§. 27.

**M**issam eam fuisse per Phœben (quam illis commendavit Paulus cap. ult. Epistolæ) Diaconis-  
sam Ecclesiæ quæ erat Cenchreis, navali Cor-  
inthiorum (b), tradunt librorum nostrorum  
*ἡτοιμασθαι* summo consensu (c). Scriptam ve-  
ro fuisse Corinthi, vel illud extra omnem ponit contro-  
versiam (d), quod inter alios salutantes memoret Gaium,  
hospitem suum, quem Corinthium fuisse constat ex 1. Cor.  
I. 14. (e) item Erastum, Arcatum (f) civitatis, Rom.  
XVI. 23. *Civitatem* certe indefinite & sine ulteriori addi-  
to nemo dixerit urbem, in qua tum, cum de ea loquitur,  
non versatus sit: ne dicam, quod alibi statò huiusmodi  
munere apud Corinthios defunctum eum fuisse haud ob-  
scure inuatur, cum dicit Erastum *mansisse* Corinthi 2. Tim.  
IV, 20.

(a) Statum eorum, qui Romæ Christo nomen dederant; item  
occalionem, scopum, & argumentum huius epistolæ, aliæque  
*præcognita futuro interpreti necessaria*, præter alios viros eru-  
ditissimos, accurate delineavit, imò *pleno* (ut verbis Rev. IO.  
CHRISTOPH. WOLFFII in Præfat: ad hanc Epistolam utar)  
*modo ad mensus est* Ven. IO. IAC. RAMBACH in *Introdu-*  
*ctione Historico Theologica in Epistolam Pauli ad Romanos*, cui  
*adiecta est MARTINI LUTHERI aurea Præfatia variis obser-*  
*vationibus exegeticis atque apologeticis illustrata*, Halæ Saxon.  
1727, 8. Cumque in hoc libello præclaro, qui omnium fere  
manibus teritur, Vir doctissimus, Præceptor quondam meus  
Reverendus, complura egregie huc facientia observaverit: ne-  
mo nobis vitio vertet, si eius aliorumque legentes vestigia,  
qui in superiori §. de primis Evangelii intet Romanos mini-  
stris ex instituto egimus, iam quæ ad conditionem fidelium in

hac urbe dignoscendam faciunt, momenta quædam, in primis hac ipsa epistola notata proponamus. 1) Non erat hæc ecclesia recens demum Christo collecta, quum Paulus hæc scriberet, sed ante plures annos: πολλοῖς enim ille iam tum sibi proposuerat ad eos venire c. l. 13. idque ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν desideraverat c. XV. 23. 2) Nec pauca eius fuisse membra, sed magnum potius fidelium numerum, recte colligimus non solum ex ipsa inscriptione c. l. 7. πᾶσι τοῖς ἔσιν ἐν Ῥώμῃ (coll. 2. Cor. I. 1. πᾶσι τοῖς ἔσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ & Phil. I. 1. sæpius non legitur): sed ex insigni quoque illo plurimorum tam virorum quam scæminarum catalogo, quos D. Paulus salutatos præstantissimis ornat elogiis. c. XVI. Certe huic catalogo similem non inuenies in omnibus epistolis Paulinis. Verum ut hæc lucidissima erant eius ecclesie sidera, quorum ad Paulum quoque pervenerat fulgor: ita nec solos fuisse, quin potius eorum non paucos multitudine credentium stipatos constat ex v. 5, 14, 15. 3) Hos autem D. Apostolus, si non omnes ac singulos, tamen ex potiori parte describit, ut ἀγαπῆτες Θεῶν, κλητῆς ἀγίας c. l. 7. XVI. 15. quorum non solum fides in universo annuntiatur mundo c. l. 8. sed & rumor de obedientia eorum ad omnes pervenerat c. XVI. 19. quique doctrinam salutarem adeo didicerant v. 17. ut essent μεσοὶ ἀγαθοσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι ἢ ἀλλήλους νεθεύειν c. XV. 14. Quæ certe encomia sunt præclara, & luculenta conditionis eorum spiritualis qua intellectum qua voluntatem indicia. 4) Constitit hæc ecclesia qua potiolem, nî fallor, partem ex conversis ethnicis: id enim inter alia criteria, catalogus etiam sanctorum c. XVI. exhibitus videtur indicare; quorum nomina fere cuncta, sive Græca sunt, sive Romana, & pleraque ita comparata; ut vix ullum extet indicium, fuisse Iudæos. Conf. præsertim v. 14, 15. ubi iis adiunguntur fratres & sancti, iique non pauci, sed plures; hoc enim vox πάντας ἀγίας innuit. Agnoscit hoc ipsum quoque IO. BRAUNIUS in *Selectis S. L.* l. c. II. qui licet alias plurima in epistolis Paulinis loca ad Iudæos, non gentes, respi-

cere malit; hic tamen, explicatis inde a §. XXIX. ad XXXIII. istis nominibus, p. 32. addit: *Si ad nomina respiciamus, verisimile est, omnes fere sanctos, quos Paulus salvat, fuisse gentiles.* Non tamen profus nullos fuisse Iudæos, ipsa luculenter ostendit epistola, uti mox videbimus: & hos quidem, si coniecturæ locus, in domo Aquilæ & Priscillæ convenisse dixerim Rom. XVI. 3, 5. coll. Act. XVIII. 24--26. Quibus deinde plures ipsius Pauli opera & ministerio adiungendi erant, Act. XXVIII. 24, 30, 31. 5) Utrosque igitur Apostolus alloquitur, uti in genere sapius, ita & speciatim, *Iudeos* c. VII. 1. *ἠνωσκασι γὰρ νόμον λαλῶ* *ethnicos* c. XI. 13. *Τῶν γὰρ λέγει τοῖς ἔθνεσιν.* Vide, qui ista loca cuncta longo ordine recenset atque illustrat, laudatum IO. BRAUNIIUM l. c. §. XXV-LIV. 6) Quamvis autem & numero & virtute multum eminerent Romani ad Christum conversi: non tamen dubitat Apostolus litteras hæc fidei, excitationis & admonitionis plenas ad eos dare. Quæ etiam eo magis erant necessariæ: quo plus non ad hæc solum, verum alia quoque status eorum tam interni quam externi momenta respiciebant; malisque gliscentibus medelam iusto afferebant tempore. Etenim 7) ipsa urbs Roma, tanquam sedes eorum patria; uti caput imperii gentiumque domina, ita plurimis quoque & atrocissimis inquinata erat vitiiis: quod nec ipsi eorum Philosophi & Historici possunt diffiteri. Confer. e pluribus L. ANNÆUM SENECAM in scriptis suis passim, TACITUM & SUE- TONIUM in *Augusto, Tiberio, Caligula, Claudio & Nerone,* & videbis non hominum solum mores, verum ipsam quoque politiam fuisse corruptissimam. Accedunt alia notatu non indigna, quæ inter non est prætereunda, quæ a primis urbis auspiciis obtinuerat, ac singulis fere annis in maius excreverat, superstitionis & idololatria fœdissima. Olim Pyrrho interroganti suos, quid de hostium sede (Roma) sentirent, Cyneas respondisse fertur: *Urbem templum sibi visam*, FLORUS L. I. c. XVIII. p. m. 39. Eorum vero, quibus deinceps templa & ædes, pulyinaria & statuz erectæ ac dedicatæ sunt, eorum

dearumque numerum vix inire licet. Neque enim iis solum contenti erant, quæ prona ad fingendum superstitio illis supeditabat: sed quæcunque etiam in aliis gentibus observabant sacra paullo celebriora, ea in urbem transferri curabant fere universa. Ut adeo Romam caput idololatriæ recte dixeris. Quamvis autem, ultra integrum iam sæculum artium & Philosophiæ studiis ibi haud aliter ac in ipsa Græcia vigentibus, plurimi non modo Græcorum Philosophi undique illuc confluisissent, verum in ipso quoque Latium magna illa auræ ætatis existissent lumina: tantum tamen absuit, ut sua illi ratione rectius usi vitiis & superstitio obicem posuissent; ut ipsi potius vitiorum mancipia & inventus corruptores non immerito dici sint. De Seneca, tanti hoc tempore & nominis & auctoritatis Philosopho, id evictum dedit Ven. RAMBACHIUS l. c. p. 39. Et si, quod res est, libere dicam, historiæ Philosophicæ fontes curatius scrutatus, vix duos inter omnes illos cuiusvis sæcæ Philosophos celebriores inveni, quos a foedissimo vitio liberos pronuntiarem. Ut adeo recte CICERO *Tusculan. Quæst. L. II. §. 11. 12.* pronuntiaverit: *Quotusquisque Philosophorum invenitur, - qui obtemperet ipse sibi, & decretis suis pareat? Videre licet alios tanta levitate & infirmitate, iis ut fuerit non didicisse melius: alios pecunia cupidus, gloriæ nonnullos, multos libidinum servos.* Inter alia eorum consortio id consecuti erant Romani, ut λόγῳ μὲν καμπύλους, ἢ τῆν κρηβέβλημένην σοφίαν ἐφυσίαντο dicendo valde sibi placerent, ac peregrina ornati sapientiæ turgidi essent, notante CHRYSOSTOMO ad Rom. I. 16. Ut autem hæc ethnicismi in urbe Roma facies erat: ita 8) haud sibi multo meliora a Iudæis nondum conversis polliceri poterant Christiani, conf. Rom. II. 17-24. horum enim non paucos reddita libertate redempti in morte Caesaris Claudii (REMIGIUS supra laudatus ad Rom. XVI. 4.) illuc reëisse colligimus ex Act. XXVIII. 17. quibus uti de ista, quam vocabant, heresi non ignotum erat, ubique ei contradici v. 22. ita vero est simile, nihil eos non tentasse, ut Christianos ad sua quodammo-

do pertraherent partes. Certe ex Iudæis 9.) falsi doctores, instrumenta Satanæ c. XVI. 20. *τὰς διχομασίας ἢ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδασχὴν, quam Romani didicerant, ποσόντες prodibant* plerique v. 17. *Qui haudquaquam Domino Iesu Christo, sed veniri potius suo servientes, διὰ τῆς χρηστολογίας ἢ εὐλογίας ἐξαπαλώσι τὰς καλὰς τῶν ἀμαρτιῶν*, inquit Apostolus v. 18. Scil. ex principiis suis, supra §. 24. p. 128. expositis, opera legis, non tam moralis, quam ceremonialis præsertim summopere urgebant, de viva in Christum fide eiusque veris fructibus minus solliciti: imo frena potius cupiditatibus carnis laxantes; cuius tamen doctrinæ ipsos Christi Apostolos infirmare haud erubescabant, Rom. III. 8. Horum autem persuasionibus 10) qui ex Iudæis nomen Christo dederant, eo facillius movebantur, quo magis per se ac instituta maiorum proni erant ad observandam legem ceremoniam, quam a DEO Israeli datam esse noverant. Cumque illis haud ignotum esset, suis præsertim patribus datam simul promissionem, ipsumque Christum ab iis ortum esse, cet. c. IX. 4. 5. ex his facile rationibus gentiles recens ad Christum conversos contemnebant, *tanquam eos, qui ad peculium DEI natura non pertinerent, quos doctrina Evangelii vel prorsus non attingeret, vel non nisi cum observatione ceremoniarum Mosaicarum c. II. III. XIV. Gentiles contra, illos aspernabantur, tanquam populum a DEO reiectum, in cuius locum ipsi nunc recepti fuerint, ut ex c. IX. XI. apparet, verba sunt FRIDERICI BALDUINI in Commentario ad h. l.* 11) His igitur malis cunctis obviam iturus, mentesque fidelium confirmaturus Apostolus c. I. *Ethnicos* redarguit, simulque quam horrenda eorum ac imprimitis Philosophorum esset cæcitas v. 18. 23. coll. v. 32. & pœna v. 24, seqq. ostendit: eodem hic argumento usus, quo antea contra eorum similes Athenienses Act. XVII. 24-29. Deinde ad refutandos *Iudeos* sese accingit c. II. 8, 9, 12. & in primis v. 17, seqq. adeoque omnes sub peccato constitutos esse colligit, c. III. v. 9-19. simulque *horum & Pseudoapostolorum* de iustitia operum doctrinam penitus evertens, iustificatio-

tionem ex sola fide in IESUM Christum fieri luculenter demonstrat v. 20. ad fin. & c. IV. Hanc vero fidem non solum donis spiritualibus summis a DEO per Christum coronari, sed & sanctimoniam bonorumque fructuum fecundam esse matrem c. V - VIII. Addit quoque obtestationem gravissimam ad quavis officia Christianismi summo studio obeunda c. XII. XIII. & hoc modo calumnias falsorum doctorum reipsa prorsus dispellit. Denique quae ethnicis conversis cum Iudaeis fidelibus intercedebat controversia, eam ita dirimit, ut quidem magnaque horum fuisse privilegia non neget, c. III. 1, 2. c. IX, 4, 5. &c. quibus vero amplius in mercenario propriae iustitiae studio niti non deberent. Ut enim in antiquum illud foedus divinum non ex merito, sed ex gratia admissi erant: ita non aliam regni quoque Messiae in N. F. conditionem esse; quam si respuant, eandem ferocitatis et contumaciae poenam eos manere, ac Iudaeos infideles, quos DEUS eapropter iustissime reiecerat c. IX. seqq. Qui vero *ex ethnicis* Christo nomen dederant, iis iniungit, fratres Iudaeos tanquam infirmos tolerare: nec enim tantum in lege cibaria festisque diebus ceteris esse discriminis, ut vinculum fidei ac amoris fraterni romperet, c. XIV. XV. Proinde ut Christus ipse cum Iudaeis tum gentes receperit, c. XV. 7-9, seqq. ita & eos quoque non oportere se invicem contemnere, iudicare, damnare c. XIV. 3, 4. coll. c. XI. 11 - 24. c. XII. 16. sed in eandem potius, uti fidei, ita & amoris mutui societatem coalescere c. XII. 15, 16. c. XIII. 8, seqq. idque eo magis, cum ab utrisque iam et caliginis ethnicae nox, & ceremoniarum V. T. umbra dispulsa esset, &c. v. 11, 12. Christique igitur IESU induti v. 14: ea, quae dissolutionis praebere poterant materiam, omnia, quin & se ipsos suamque vitam & mortem, eius, tanquam Domini, optime de iis meriti & olim quoque Iudicis futuri, gloriae unice tribuerent, c. XIV. 6. seqq. Sic enim cunctas illas lites haud aliter ac a sole nebulas dissipatum iri. Quae cuncta memorabili concludit voto: *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν, Ἀμήν.* Satis pulcre, inquit REMIGIUS ille ad haec verba I. c. in PA-

CE finiens, duobus populis in concordiam revocatis. Et hæc, prout conditio huius Ecclesiæ in præsentî flagitabat, aliis quoque εις διδασκαλίαν προεγεραθη. c. XV. 4. 12) Quoniam vero Spiritui S. non ignotum erat, post aliquot mox annos gravissimam huic ecclesiæ in primis imminere tempestatem a Nerone incoandam, ab aliis Imperatoribus continuandam; provida eius cura mentem & cogitationes Apostoli in scribendo ita direxit: ut ipsos non solum Christianos ad hæc omnia summa cum παρηγοία ob Christum toleranda gravissimis rationibus confirmaret; vid. c. V. 1-5. & c. VIII. totum, præsertim v. 28-39. verum præclaras quoque ipsis præscriberet regulas, quibus quæ dira se vexatione affligentibus omnibus ac singulis c. XII. 14. & 18-21. quæ ipsis quoque imperantibus speciatim præstarent officia c. XIII. 1-7. luculenter eos edocet. Ut adeo putidissimo illi profanæ calumniæ mendacio, quo religionem Christianam ut *superstitionem maleficam & exitiabilem*, eique deditos velat *per flagitia invisos*, traduxerunt per ora hominum ethnici, SUETONIUS in *Nerone* c. XVI. p. 571. TACITUS *Annal.* L. XV. c. 44. p. 1059, 1060. DEum ipsum his obicem ponere voluisse agnoscamus, miremur, pieque meditemur. Nec ethnici scriptores ullum profus potuerunt in contrarium adferre exemplum: quin potius TACITUS l. c. de *ingenti* illa Christianorum *multitudine*, qui dirissimis sub Nerone absumebantur suppliciis, ita ut *ferarum tergis coniecti laniatu canum interirent, aut cracibus affixi, aut flammâdi, atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urebantur*; ipse fateri cogitur: *haud perinde in crimine incendii* (urbis scil. Romæ, quam Nero diversis similibus locis incendi curaverat, eiusque culpam in innocentes contulerat) *quam ODIUM HUMANI GENERIS convictos esse*. Humanum vero generis, quatenus Christianis opponitur, odium, uti non alium agnoscit auctorem principem, quam DEI eiusque fidei commune hostem Satanam: ita & facile eo iuvante potuit ob detractum idolis honorem, æternaque supplicia eorum cultoribus adiudicata excitari. Conf, quoque Sap. II. 12, seqq.



12, seqq. Quotidiana cuiuslibet Christiani, si modo veri nominis est, experientia id etiamnum comprobat: semper sui similis est Satanas; semper quoque ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κείται 1. Ioh. V. 19. Ab his ergo quid nisi odium expectandum? 13) Sed nec minus meditatione nostra dignissimum est, quod haud quoque sine singulari Numinis providentia factum esse, cum Ven. RAMBACHIO credimus: ut hæc epistola, quæ totius religionis Christianæ summam ac medullam continet, in ea potissimum urbe deponeretur, quæ, uti ista tempore caput orbis & supremum erat tribunal, unde magna hominum, undique illuc confluentium, frequentia eam qua-versum uberrimo cum fructu divulgare poterat; ita & olim futura sedes Antichristi & mater apostasiæ, hanc fidei Apostolicæ cynosuram haberet. Quæ, si illius aliquando antistites ac membra a spiritu erroris haud posset coercere: redderet tamen ἀναπολογήτως, quorum universum, quoad doctrinam, mores & monstrum illud politicæ ecclesiasticæ, systema a Christi & Apostolorum tramite longissime discederet; Sancti quoque contra eorum Spiritus ratiocinium simul & iudicium pronunclet, *Alioquin* (si non ἐπιμνήσῃς τῆ χρηστότητι) *etiam Tu exscinderis*, Rom. XI. 22. Conf. S. R. RAMBACHIIUS qui l. c. p. 74, sqq. egregie hæc explicat, aliosque Viros doctissimos, dissentium ecclesiæ Romanæ hodiernæ ab epistolâ hæc Paulina ex professo commonstrantes, producit. Tandem nec 14) reticendus est huius epistolæ in cætu fidelium Romanorum effectus: quem quidem non fuisse exiguum ex ingenti eorum erga Paulum amore licet colligere. Ut enim fideles cognoverunt Paulum circa finem tertii, vel initium quarti post exaratam epistolam anni, uti §. 26. not. (A) p. 146. ostendimus, captivum iam venisse Puteolos, indeque Romam versus pergere; certatim alii quidem ad forum usque Appii, alii vero tres Tabernas, adeoque ultra sex vel septem mill. Germ. in occursum prodierunt, Act. XXVIII. 15. quanta utrinque cum fiducia tum gaudio, non dubitare nos sinunt verba Scriptoris Sacri, qui & ipse aderat; ὅς ἰδὼν ὁ Παῦλος εὐχα-

εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ ἔλαβε θάρσος. Confirmata autem cum  
 scripto tum sermonibus Apostolicis ecclesia, τὴν ἀγιοτάτην πί-  
 στιν in media Philosophorum & Pseudapostolorum turba, in di-  
 ris Neronis ac Domitiani vexationibus, adeo sancte servavit:  
 ut ea propter insigne meruerit elogium in *Epistola Ignatiana*.  
 Cuius vel sola inscriptio egregium hac de re perhibet testimo-  
 nium, digna, quæ hic inseratur: *Ignatius, qui & Theopho-  
 rus, misericordiam consecuta in magnificentia altissimi Patris, &  
 Iesu Christi unigeniti eius Filii, Ecclesiae dilecta, & illuminata,  
 per voluntatem illius, qui vult omnia, quæ sunt secundum cari-  
 tatem Iesu Christi DEI nostri; quæ praesidet in loco Romana re-  
 gionis, DEO digna, decentissima, merito beata, laudatissima, digne  
 ordinata, castissima, & praesidens in caritate, Christi habens le-  
 gem, Patris nomen ferens: quam & saluto in nomine Iesu  
 Christi, Filii Patris; secundum carnem & spiritum unitis in  
 omni mandato ipsius, repletis gratia DEI indiscrete, & repur-  
 gatis ab omni alieno colore; plurimam in Domino Iesu Christo  
 DEO nostro, atque immaculatam salutem.* Confer, quo ad vo-  
 ces græcas, quarum peculiaris est emphasis, celeberrimos  
 duumviros, qui de genuinis Ignatii epistolis optime sunt me-  
 riti, IS. VOSSIUM, & IAC. USSERIUM in Notis, apud  
 COTELERIUM p. 26. & 72. Quam egregie vero fides eo-  
 rum esset quoque δι' ἀγάπης ἐνεργεμένη, testatus est dimidio  
 post sæculo DIONYSIUS Corinthius in *Epistola ad Romanos*,  
*Soteri* eorum tunc temporis Episcopo nuncupata: *Hæc, in-  
 quit, vobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis exordio, ut  
 fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & ecclesiis  
 quamplurimis, quæ in singulis urbibus constituta sunt, necessa-  
 ria vitæ subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium  
 inopiam sublevatis, tum fratribus, qui in metallis opus faciunt,  
 necessaria suppeditatis: per hæc, quæ ab initio transmittere  
 consuevistis munera, morem institutumque Romanorum a maio-  
 ribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem  
 beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum adau-  
 xit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum  
 fratres peregre advenientes, tanquam liberos suos pater aman-*



## EPISTOLA AD ROMANOS. (a)

§. 27.

**M**issam eam fuisse per Phœben (quam illis commendavit Paulus cap. ult. Epistolæ) Diaconis-  
sam Ecclesiæ quæ erat Cenchreis, navali Cor-  
inthiorum (b), tradunt librorum nostrorum  
*ἡτοιμασθαι* summo consensu (c). Scriptam ve-  
ro fuisse Corinthi, vel illud extra omnem ponit contro-  
versiam (d), quod inter alios salutantes memoret Gaium,  
hospitem suum, quem Corinthium fuisse constat ex 1. Cor.  
I. 14. (e) item Erastum, Arcatum (f) civitatis, Rom.  
XVI. 23. *Civitatem* certe indefinite & sine ulteriori addi-  
to nemo dixerit urbem, in qua tum, cum de ea loquitur,  
non versatus sit: ne dicam, quod alibi statò huiusmodi  
munere apud Corinthios defunctum eum fuisse haud ob-  
scure innuat, cum dicit Erastum *mansisse* Corinthi 2. Tim.  
IV, 20.

(a) Statum eorum, qui Romæ Christo nomen dederant; item  
occasione, scopum, & argumentum huius epistolæ, aliæque  
*præcognita futuro interpreti necessaria*, præter alios viros eru-  
ditissimos, accurate delineavit, imò *pleno* (ut verbis Rev. IO.  
CHRISTOPH. WOLFFII in Præfat: ad hanc Epistolam utar)  
*modo ad mensus est* Ven. IO. IAC. RAMBACH in *Introdu-*  
*ctione Historico Theologica in Epistolam Pauli ad Romanos*, cui  
*adiecta est MARTINI LUTHERI aurea Præfatio variis obser-*  
*vationibus exegeticis, atque apologeticis illustrata*, Halæ Saxon.  
1727, 8. Cumque in hoc libello præclaro, qui omnium fere  
manibus teritur, Vir doctissimus, Præceptor quondam meus  
Reverendus, complura egregie huc facientia observaverit: ne-  
mo nobis vitio vertet, si eius aliorumque legentes vestigia,  
qui in superiori §. de primis Evangelii inter Romanos mini-  
stris ex instituto egimus, iam quæ ad conditionem fidelium in

hac urbe dignoscendam faciunt, momenta quædam, in primis hac ipsa epistola notata proponamus. 1) Non erat hæc ecclesia recens demum Christo collecta, quum Paulus hæc scriberet, sed ante plures annos: πολλὰς enim ille iam tum sibi proposuerat ad eos venire c. l. 13. idque ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν desideraverat c. XV. 23. 2) Nec pauca eius fuisse membra, sed magnum potius fidelium numerum, recte colligimus non solum ex ipsa inscriptione c. l. 7. πᾶσι τοῖς ἔσιν ἐν Ῥώμῃ (coll. 2. Cor. I. 1. πᾶσι τοῖς ἔσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀρχαίᾳ & Phil. I. 1. sæpius non legitur): sed ex insigni quoque illo plurimorum tam virorum quam scæminarum catalogo, quos D. Paulus salutatos præstantissimis ornat elogiis. c. XVI. Certe huic catalogo similem non inuenies in omnibus epistolis Paulinis. Verum ut hæc lucidissima erant eius ecclesiæ sidera, quorum ad Paulum quoque pervenerat fulgor: ita nec solos fuisse, quin potius eorum non paucos multitudine credentium stipatos constat ex v. 5, 14, 15. 3) Hos autem D. Apostolus, si non omnes ac singulos, tamen ex potiori parte describit, ut ἀγαπητὰς Θεῶν, κλητὰς ἀγίας c. l. 7. XVI. 15. quorum non solum fides in universo annuntiaturo mundo c. l. 8. sed & rumor de obedientia eorum ad omnes pervenerat c. XVI. 19. quique doctrinam salutarem adeo didicerant v. 17. ut essent μεσοὶ ἀγαθοσύνης, πεπληρωμένοι πίστεως γνώσεως, δυνάμενοι ἢ ἀλλήλους νουθετεῖν c. XV. 14. Quæ certe encomia sunt præclara, & luculenta conditionis eorum spiritualis qua intellectum qua voluntatem indicia. 4) Constitit hæc ecclesia qua potiozem, ni fallor, partem ex conversis ethnicis: id enim inter alia criteria, catalogus etiam sanctorum c. XVI. exhibitus videtur indicare; quorum nomina fere cuncta, sive Græca sunt, sive Romana, & pleraque ita comparata; ut vix ullum extet indicium, fuisse Iudæos. Conf. præsertim v. 14, 15. ubi is adiunguntur fratres & sancti, iique non pauci, sed plures; hoc enim vox πάντας ἀγίας innuit. Agnoscit hoc ipsum quoque IO. BRAUNIUS in *Selectis S. L. I. c. II.* qui licet alias plurima in epistolis Paulinis loca ad Iudæos, non gentes, respici-

cere malit; hic tamen, explicatis inde a §. XXIX. ad XXXIII. istis nominibus, p. 32. addit: *Si ad nomina respiciamus, verisimile est, omnes fere sanctos, quos Paulus salvas, fuisse gentiles.* Non tamen profus nullos fuisse Iudæos, ipsa luculenter ostendit epistola, uti mox videbimus: & hos quidem, si conjecturæ locus, in domo Aquilæ & Priscillæ convenisse dixerim Rom. XVI. 3, 5. coll. Act. XVIII, 24--26. Quibus deinde plures ipsius Pauli opera & ministerio adiungendi erant, Act. XXVIII, 24, 30, 31. 5) Utrosque igitur Apostolus alloquitur, uti in genere sæpius, ita & speciatim, *Iudeos* c. VII. 1. *γινώσκουσιν γὰρ νόμον λαλῶν* *ethnicos* c. XI. 13. *Τῶν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν.* Vide, qui ista loca cuncta longo ordine recenset atque illustrat, laudatum IO. BRAUNIIUM l. c. §. XXV-LIV. 6) Quamvis autem & numero & virtute multum eminerent Romani ad Christum conversi: non tamen dubitat Apostolus litteras hæc fidei, excitationis & admonitionis plenas ad eos dare. Quæ etiam eo magis erant necessariæ: quo plus non ad hæc solum, verum alia quoque status eorum tam interni quam externi momenta respiciebant; malisque gliscentibus medelam iusto afferebant tempore. Etenim 7) ipsa urbs Roma, tanquam sedes eorum patria, uti caput imperii gentiumque domina, ita plurimis quoque & atrocissimis inquinata erat vitiis: quod nec ipsi eorum Philosophi & Historici possunt diffiteri. Confer. e pluribus L. ANNÆUM SENECAM in scriptis suis passim, TACITUM & SÆTONIUM in *Augusto, Tiberio, Caligula, Claudio & Nerone*, & videbis non hominum solum mores, verum ipsam quoque politiam fuisse corruptissimam. Accedunt alia notatu non indigna, quæ inter non est prætereunda, quæ a primis urbis auspiciis obtinuerat, ac singulis fere annis in maius excreverat, supersticio & idololatria sædissima. Olim Pyrrho interroganti suos, quid de hostium sede (Roma) sentirent, Cyneas respondisse fertur: *Urbem templum sibi visam*, FLORUS L. I. c. XVIII. p. m. 39. Eorum vero, quibus deinceps templa & ædes, polyinaria & statuæ erectæ ac dedicatæ sunt, eorum

dearumque numerum vix inire licet. Neque enim iis solum contenti erant, quæ prona ad fingendum superstitio illis sup-  
 pedibat: sed quæcunque etiam in aliis gentibus observabant  
 sacra paullo celebriora, ea in urbem transferri curabant fere  
 universa. Ut adeo Romam caput idololatriæ recte dixeris.  
 Quamvis autem, ultra integrum iam sæculum artium & Philo-  
 sophiæ studiis ibi haud aliter ac in ipsa Græcia vigentibus,  
 plurimi non modo Græcorum Philosophi undique illuc conflu-  
 xissent, verum in ipso quoque Latio magna illa auræ ætatis  
 existissent lumina: tantum tamen absuit, ut sua illi ratione  
 rectius usi vitiis & superstitioni obicem posuissent; ut ipsi  
 potius vitiorum mancipia & iuventutis corruptores non im-  
 merito dici sint. De Seneca, tanti hoc tempore & nominis  
 & auctoritatis Philosopho, id evictum dedit Ven. RAMBA-  
 CHIUS l. c. p. 39. Et si, quod res est, libere dicam, historiae  
 Philosophicæ fontes curatius scrutatus, vix duos inter omnes  
 illos cuiusvis sectæ Philosophos celebriores inveni, quos a sce-  
 dissimo vitio liberos pronuntiarem. Ut adeo recte CICERO  
*Tusculan. Quæst. L. II. §. 11. 12. pronuntiaverit: Quotus-  
 quisque Philosophorum invenitur, - - qui obtemperet ipse sibi,  
 & decretis suis pareat? Videre licet alios tanta levitate & in-  
 stantione, iis ut fuerit non didicisse melius: alios pecunie cupi-  
 dos, gloriæ nonnullos, multos libidinum servos.* Inter alia ex  
 eorum consortio id consecuti erant Romani, ut λόγῳ μὲν καὶ  
 κομπήσοιτες, καὶ τῇ περιβεβλημένη σοφίᾳ ἐφουσίῳτο dicendo  
 valde sibi placerent, ac peregrina ornati sapientiæ turgidi essent,  
 notante CHRYSOSTOMO ad Rom. I. 16. Ut autem hæc  
 ethnicismi in urbe Roma facies erat: ita 8) haud sibi multo  
 meliora a Iudæis nondum conversis polliceri poterant Chri-  
 stiani, conf. Rom. II. 17-24. horum enim non paucos reddi-  
 ta libertate redeundi in morte Caesaris Claudii (REMIGIUS  
 supra laudatus ad Rom. XVI. 4.) illuc reffisse colligimus ex  
 Act. XXVIII. 17. quibus uti de ista, quam vocabant, heresi  
 non ignotum erat, ubique ei contradici v. 22. ita vero est simi-  
 le, nihil eos non tentasse, ut Christianos ad suas quodammo-  
 do

do pertraherent partes. Certe ex Iudæis 9.) falsi doctores, instrumenta Satanz c. XVI. 20. *τὰς διχομασίας ἢ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδασχὴν, quam Romani didicerant, ποθέντες prodibant* plerique v. 17. *Qui baudquaquam Domino Iesu Christo, sed ventri potius suo servientes, διὰ τῆς χρησιολογίας ἢ εὐλογίας ἐξ απαίῳσι τὰς καθερίας τῶν ἀκάρων*, inquit Apostolus v. 18. Scilicet ex principiis suis, supra §. 24. p. 128. expositis, opera legis, non tam moralis, quam ceremonialis præsertim summopere urgebant, de viva in Christum fide eiusque veris fructibus minus solliciti: imo frena potius cupiditatibus carnis laxantes; cuius tamen doctrinæ ipsos Christi Apostolos infirmare haud erubescabant, Rom. III. 8. Horum autem persuasionibus 10) qui ex Iudæis nomen Christo dederant, eo facillius movebantur, quo magis per se ac instituta maiorum proni erant ad observandam legem ceremoniam, quam a DEO Israeli datam esse noverant. Cumque illis haud ignotum esset, suis præsertim patribus datam simul promissionem, ipsumque Christum ab iis ortum esse, cet. c. IX. 4. 5. ex his facile rationibus gentiles recens ad Christum conversos contemnebant, *tanquam eos, qui ad peculium DEI natura non pertinerent, quos doctrina Evangelii vel prorsus non attingeret, vel non nisi cum observatione ceremoniarum Mosaicarum c. II. III. XIV. Gentiles contra, illos aspernabantur, tanquam populum a DEO reiectum, in cuius locum ipsi nunc recepti fuerint, ut ex c. IX. XI. apparet, verba sunt FRIDERICI BALDUINI in Commentario ad h. l.* 11) His igitur malis cunctis obviam iturus, mentesque fidelium confirmaturus Apostolus c. I. *Ebnicos* redarguit, simulque quam horrenda eorum ac imprimitis Philosophorum esset cæcitas v. 18. 23. coll. v. 32. & pœna v. 24, seqq. ostendit: eodem hic argumento usus, quo antea contra eorum similes Athenienses Act. XVII. 24-29. Deinde ad refutandos *Iudeos* sese accingit c. II. 8, 9, 12. & in primis v. 17, seqq. adeoque omnes sub peccato constitutos esse colligit, c. III. v. 9-19. simulque *horum & Pseudoapostolorum* de iustitia operum doctrinam penitus evertens, iustificatio-



tionem ex sola fide in IESUM Christum fieri luculenter demonstrat v. 20. ad fin. & c. IV. Hanc vero fidem non solum donis spiritualibus summis a DEO per Christum coronari, sed & sanctimoniam bonorumque fructuum fecundam esse matrem c. V - VIII. Addit quoque obtestationem gravissimam ad quævis officia Christianismi summo studio obeunda c. XII. XIII. & hoc modo calumnias falsorum doctorum reipsa prorsus dispellit. Denique quæ ethnicis conversis cum Iudæis fidelibus intercedebat controversia, eam ita dirimit, ut quidem magnaque horum fuisse privilegia non neget, c. III. 1, 2. c. IX, 4, 5. &c. quibus vero amplius in mercenario propriæ iustitiæ studio niti non deberent. Ut enim in antiquum illud fœdus divinum non ex merito, sed ex gratia admissi erant: ita non aliam regni quoque Messie in N. F. conditionem esse; quam si respuant, eandem ferocitatis et contumaciæ pœnam eos manere, ac Iudæos infideles, quos DEUS eapropter iustissime reiecerat c. IX. seqq. Qui vero *ex ethnicis* Christo nomen dederant, iis iniungit, fratres Iudæos tanquam infirmos tolerare: nec enim tantum in lege cibaria festisque diebus ceteris esse discriminis, ut vinculum fidei ac amoris fraterni romperet, c. XIV. XV. Proinde ut Christus ipse cum Iudæis tum gentes receperit, c. XV. 7-9, seqq. ita & eos quoque non oportere se invicem contemnere, iudicare, damnare c. XIV. 3, 4. coll. c. XI. 11-24. c. XII. 16. sed in eandem potius, uti fidei, ita & amoris mutui societatem coalescere c. XII. 15, 16. c. XIII. 8, seqq. idque eo magis, cum ab utrisque iam et caliginis ethnicæ nox, & ceremoniarum V. T. umbra dispulsa esset, &c. v. 11, 12. Christique igitur IESU induti v. 14: ea, quæ diffusionis præbere poterant materiam, omnia, quin & se ipsos suamque vitam & mortem, eius, tanquam Domini, optime de iis meriti & olim quoque iudicis futuri, gloriæ unice tribuerent, c. XIV. 6. seqq. Sic enim cunctas illas lites haud aliter ac a sole nebulas dissipatum iri. Quæ cuncta memorabili concludit voto: *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εὐχῆς μετὰ πάντων ὑμῶν, Ἀπὸν.*  
Satis pulcre, inquit REMIGIUS ille ad hæc verba I. c. in PA-  
GE

CE finiens, duobus populis in concordiam revocatis. Et hæc, prout conditio huius Ecclesiæ in præsentî flagitabat, aliis quoque *εις διδασκαλίαν προσεγράφη*. c. XV. 4. 12) Quoniam vero Spiritui S. non ignotum erat, post aliquot mox annos gravissimam huic ecclesiæ in primis imminere tempestatem a Nerone incoandam, ab aliis Imperatoribus continuandam; provida eius cura mentem & cogitationes Apostoli in scribendo ita direxit: ut ipsos non solum Christianos ad hæc omnia summa cum *παρηγορία* ob Christum toleranda gravissimis rationibus confirmaret; vid. c. V. 1-5. & c. VIII. totum, præsertim v. 28-39. verum præclaras quoque ipsis præscriberet regulas, quibus quæ dira se vexatione affligentibus omnibus ac singulis c. XII. 14. & 18-21. quæ ipsis quoque imperantibus speciatim præstarent officia c. XIII. 1-7. luculenter eos edocet. Ut adeo putidissimo illi profanæ calumniæ mendacio, quo religionem Christianam ut *superstitionem maleficam & exitiabilem*, eique deditos velut *per flagitia invisos*, traduxerunt per ora hominum ethnici, SUETONIUS in *Nerone* c. XVI. p. 571. TACITUS *Annal.* L. XV. c. 44. p. 1059, 1060. DEum ipsum his obicem ponere voluisse agnoscamus, miremur, pieque meditemur. Nec ethnici scriptores ullum profus potuerunt in contrarium adferre exemplum: quin potius TACITUS l. c. de *ingenti* illa Christianorum *multitudine*, qui dirissimis sub Nerone absquebantur suppliciis, ita *ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammam, atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urebantur*; ipse fateri cogitur: *haud perinde in crimine incendii* (urbis scil. Romæ, quam Nero diversis simul locis incendi curaverat, eiusque culpam in innocentes contulerat) *quam ODIO HUMANI GENERIS convictos esse*. Humanæ vero generis, quatenus Christianis opponitur, odium, uti non alium agnoscit auctorem principem, quam DEI eiusque fidelium communem hostem Satanam: ita & facile eo iuvante potuit ob detractum idolis honorem, æternaque supplicia eorum cultoribus adiudicata excitari. Conf. quoque Sap. II. 12, seqq.

12, seqq. Quotidiana cuiuslibet Christiani, si modo veri nominis est, experientia id etiamnum comprobatur: semper sui similis est Satanas; semper quoque ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πνεύματι κείται 1. Ioh. V. 19. Ab his ergo quid nisi odium expectandum? 13) Sed nec minus meditatione nostra dignissimum est, quod haud quoque sine singulari Numinis providentia factum esse, cum Ven. RAMBACHIO credimus: ut hæc epistola, quæ totius religionis Christianæ summam ac medullam continet, in ea potissimum urbe deponeretur, quæ, uti ista tempore caput orbis & supremum erat tribunal, unde magna hominum, undique illuc confluentium, frequentia eam quaqua versum uberrimo cum fructu divulgare poterat; ita & olim futura sedes Antichristi & mater apostasiæ, hanc fidæ Apostolicæ cynosuram haberet. Quæ, si illius aliquando antistites ac membra a spiritu erroris haud posset coercere: redderet tamen ἀναπολογήτως, quorum universum, quoad doctrinam, mores & monstrum illud politæ ecclesiasticæ, systema a Christi & Apostolorum tramite longissime discederet; Sancti quoque contra eoque Spiritus ratiocinium simul & iudicium pronuntiaret, *Alioquin* (si non ἐπιμείνης τῆ χρηστότητι) *etiam Tu exscinderis*, Rom. XI. 22. Conf. S. R. RAMBACHIIUS qui l. 6. p. 74, seqq. egregie hæc explicat, aliosque Viros doctissimos, dissentium ecclesiæ Romanæ hodiernæ ab epistola hæc Paulina ex professo commonstrantes, producit. Tandem nec 14) reticendus est huius epistolæ in cætu fidelium Romanorum effectus: quem quidem non fuisse exiguum ex ingenti eorum erga Paulum amore licet colligere. Ut enim fideles cognoverunt Paulum circa finem tertii, vel initium quarti post exaratam epistolam anni, uti §. 26. not. (A) p. 146. ostendimus, captivum iam venisse Puteolos, indeque Romam versus pergere; certatim alii quidem ad forum usque Appii, alii vero tres Tabernas, adeoque ultra sex vel septem mill. Germ. in occursum prodierunt, Act. XXVIII. 15. quantæ utrinque cum fiducia tum gaudio, non dubitare nos sinunt verba Scriptoris Sacri, qui & ipse aderat; ὅς ἰδὼν ὁ Παῦλος  
εὐχα-

ευχαριστήσας τῷ Θεῷ ἔλαβε θάρσος. Confirmata autem cum  
 scripto tum sermonibus Apostolicis ecclesia, τὴν ἀγιωτάτην πί-  
 στω in media Philosophorum & Pseudapostolorum turba, in di-  
 ris Neronis ac Domitiani vexationibus, adeo sancte servavit:  
 ut ea propter insigne meruerit elogium in *Epistola Ignatiana*.  
 Cuius vel sola inscriptio egregium hac de re perhibet testimo-  
 nium, digna, quæ hic inleratur: *Ignatius, qui & Theopho-  
 rus, misericordiam consecuta in magnificentia altissimi Patris, &  
 Iesu Christi unigeniti eius Filii, Ecclesiae dilecta, & illuminata,  
 per voluntatem illius, qui vult omnia, quæ sunt secundum cari-  
 tatem Iesu Christi DEI nostri; quæ præsidet in loco Romana re-  
 gionis, DEO digna, decentissima, merito beata, laudatissima, digne  
 ordinata, castissima, & præsidens in caritate, Christi habens le-  
 gem, Patris nomen ferens: quam & saluto in nomine Iesu  
 Christi, Filii Patris; secundum carnem & spiritum unitis in  
 omni mandato ipsius, repletis gratia DEI indiscrete, & repur-  
 gatis ab omni alieno colore; plurimam in Domino Iesu Christo  
 DEO nostro, atque immaculatam salutem.* Confer, quo ad vo-  
 ces græcas, quarum peculiaris est emphasis, celeberrimos  
 duumviros, qui de genuinis Ignatii epistolis optime sunt me-  
 riti, IS. VOSSIUM, & IAC. USSERIUM in Notis, apud  
 COTELERIUM p. 26. & 72. Quam egregie vero fides eo-  
 rum esset quoque δι' ἀγάπης ἐνεργημένη, testatus est dimidio  
 post sæculo DIONYSIUS Corinthius in *Epistola ad Romanos*,  
*Soteri* eorum tunc temporis Episcopo nuncupata: *Hæc, in-  
 quit, vobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis exordio, ut  
 fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & ecclesiis  
 quamplurimis, quæ in singulis urbibus constituta sunt, necessa-  
 ria vite subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium  
 inopiam sublevatis, tum fratribus, qui in metallis opus faciunt,  
 necessaria suppeditatis: per hæc, quæ ab initio transmittere  
 consuevistis munera, morem institutumque Romanorum a maio-  
 ribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem  
 beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum adau-  
 xit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum  
 fratres peregre advenientes, tanquam liberos suos pater aman-*

12, seqq. Quotidiana cuiuslibet Christiani, si modo veri nominis est, experientia id etiamnum comprobat: semper sui similis est Satanus; semper quoque ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κείται 1. Ioh. V. 19. Ab his ergo quid nisi odium expectandum? 13) Sed nec minus meditatione nostra dignissimum est, quod haud quoque sine singulari Numinis providentia factum esse, cum Ven. RAMBACHIO credimus: ut hæc epistola, quæ totius religionis Christianæ summam ac medullam continet, in ea potissimum urbe deponeretur, quæ, uti isto tempore caput orbis & supremum erat tribunal, unde magna hominum, undique illuc confluentium, frequentia eam quaqua versum uberrimo cum fructu divulgare poterat; ita & olim futura sedes Antichristi & mater apostasiæ, hanc fideli Apostolicæ cynosuram haberet. Quæ, si illius aliquando antistites ac membra a spiritu erroris haud posset coercere: redderet tamen ἀναπλογήτης, quorum universum, quoad doctrinam, mores & monstrum illud politiæ ecclesiasticæ, systema a Christi & Apostolorum tramite longissime discederet; Sancti quoque contra eqs Spiritus ratiocinium simul & iudicium pronunciatet, *Alioquin* (si non ἐπιμένῃς τῇ χρηστότητι) *etiam TU excinderis*, Rom. XI. 22. Conf. S. R. RAMBACHIIUS qui l. c. p. 74, sqq. egregie hæc explicat, aliosque Viros doctissimos, dissentium ecclesiæ Romanæ hodiernæ ab epistola hæc Paulina ex professo commonstrantes, producit. Tandem nec 14) reticendus est huius epistolæ in cætu fidelium Romano effectus: quem quidem non fuisse exiguum ex ingenti eorum erga Paulum amore licet colligere. Ut enim fideles cognoverunt Paulum circa finem tertii, vel initium quarti post exaratam epistolam anni, uti §. 26. not. (a) p. 146. ostendimus, captivum iam venisse Puteolos, indeque Romam versus pergere; certatim alii quidem ad forum usque Appii, alii vero tres Tabernas, adeoque ultra sex vel septem mill. Germ. in occursum prodierunt, Act. XXVIII. 15. quanta utrinque cum fiducia tum gaudio, non dubitare nos sinunt verba Scriptoris Sacri, qui & ipse aderat; οὗς ἰδὼν ὁ Παῦλος  
*εὐχα-*

*ευχαριστήσας τῷ Θεῷ ἔλαβε θάρσος.* Confirmata autem cum scripto tum sermonibus Apostolicis ecclesia, τὴν ἀγιοτάτην πίσυν in media Philosophorum & Pseudapostolorum turba, in diris Neronis ac Domitiani vexationibus, adeo sancte servavit: ut ea propter insigne meruerit elogium in *Epistola Ignatiana*, Cuius vel sola inscriptio egregium hac de re perhibet testimonium, digna, quæ hic inseratur: *Ignatius, qui & Theophorus, misericordiam consecuta in magnificentia altissimi Patris, & Iesu Christi unigeniti eius Filii, Ecclesiae dilecta, & illuminata, per voluntatem illius, qui vult omnia, quæ sunt secundum caritatem Iesu Christi DEI nostri; quæ presidet in loco Romana regionis, DEO digna, decentissima, merito beata, laudatissima, digne ordinata, castissima, & presidens in caritate, Christi habens legem, Patris nomen ferens: quam & saluto in nomine Iesu Christi, Filii Patris; secundum carnem & spiritum unitis in omni mandato ipsius, repletis gratia DEI indiscrete, & repurgatis ab omni alieno colore; plurimam in Domino Iesu Christo DEO nostro, atque immaculatam salutem.* Confer, quo ad voces græcas, quarum peculiaris est emphasis, celeberrimos duumviros, qui de genuinis Ignatii epistolis optime sunt meriti, IS. VOSSIUM, & IAC. USSERIUM in Notis, apud COTELERIUM p. 26. & 72. Quam egregie vero fides eorum esset quoque δι' ἀγάπης ἐνεργεμένη, testatus est dimidio post sæculo DIONYSIUS Corinthius in *Epistola ad Romanos*, Soteri eorum tunc temporis Episcopo nuncupata: *Hæc, inquit, vobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & ecclesiis quamplurimis, quæ in singulis urbibus constituta sunt, necessaria vite subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis, tum fratribus, qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis: per hæc, quæ ab initio transmittere consuevistis munera, morem institutumque Romanorum a maioribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum adauxit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes, tanquam liberos suos pater aman-*

*tissimus beatis sermonibus consolando; tradente EUSEBIO Hist. Eccl. L. IV. c. XXIII. p. 145. qui addit, hunc morem institutumque Romanorum ad persecutionem usque sua aetate factam perpetuo custoditum esse. Perinde ac si monitum Apostoli c. XII. 8, 9, 10, 13. coll. c. XV. 25, 26, 27. &c. quotidie sibi ob oculos posuissent. Quantum denique successu temporis creverit fidelium in urbe maxima numerus, non modo testis est IRENÆUS, qui propterea L. III. c. III. p. 201. ecclesiam maximam appellat: verum id clarius quoque apparet ex CORNELII præsulis Romani Epistola ad Fabium Antiochiæ episcopum, ubi sæc. III medio presbyteros quidem XLVI. VII. autem diaconos, totidemque subdiaconos; acoluthos XLII. exorcistas & lectores cum ostiariis LII. viduas denique cum infirmis & egentibus (σὺν θλιβομένοις) plus quam MD. in ea fuisse testatur. EUSEBIUS Hist. Eccl. L. VI. c. XLIII. p. 244.*

(b) Vide, si placet, quæ in superioribus notavimus, §. XIII. (d) pag. 81.

(c) Et tamen ipse doctissimus MILLIUS in notis ad h. l. præter SYRUM non nisi septem Codd. MSS. protulit, qui habent: διὰ Φιλίππου τῆς Διακόνου, quibus KUSTERUS addit *Scidelianum*. Contra potius observant, totam hanc subscriptionem desiderari in VULGATO, aliisque sex Codd. MSS. nec plura inveniri in vetustissimis illis ac probæ notæ Codd. ALEXANDRINO, CLAROMONTANO, S. GERMANENSI, quam hæc: πρὸς Ρωμαίους, omittis reliquis; quibuscum consentire quoque ÆTHIOPEM. Sed & ORIGENES, vel eius certe Interpres, sive Hieronymus ille, sive potius Rufinus sit; CHRYSOSTOMUS; Auctor *Commentariorum in Epp. Pauli*, qui inter AMBROSII opera habentur, HILARIUS; PRIMASIUS; & denique REMIGIUS ille in *Biblioth. Patrum magna*. T. V. P. III. p. 807, sqq. non solum subscriptionem istam pro more negligunt, verum nec ad Rom. XVI. 1, 2. quicquam proferunt, unde eos in hac fuisse sententia ostendi posset. ATHANASIUS quidem in *Synopsi* habet: Ταύτην δὲ τὴν πρὸς Ρωμαίους ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου, μήτε μὲν ἰσρακιῶς Ρωμαίους. Opp. T. II, p. m. 140. eundemque  
in

in modum EUTHALIUS p. 570. THEODORETUS quoque, & OECUMENIUS: Πρὸς Ῥωμαίους ἐγγράφη ἀπὸ Κορίνθου, &c. de Phœbe vero, quantum nos vidimus, prorsus silent. Solus Theophylactus addit: διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγκρεαῖς ἐκκλησίας. Interim non nego, commendationem Paulinam huic coniecturæ fidem facere. Peculiaris est observatio viri doctissimi, SAM. BASNAGII, *Annal.* p. 677. ad an. 56. §. IV. cui vox ἐγγράφη in hac subscriptione displicet: *Ad Romanos*, inquit, *epistolam Tertii manu scriptam fuisse constat, Rom. XVI. 22. - Itaque falsa est subscriptio hec: SCRIPTA fuit per Phæben ministram Cenchreensis ecclesie. Verius dicere-ur, MISSA fuit per Phæben. Scribendi munus feminis imponi non debuit, cum exstarent viri eorum insignes ad eam rem idonei.* Verum iam ante BALTH. STOLBERGIUS, vir græcæ doctissimus, notarat, γράφειν habere vim verbi duplicis, scribere & scriptum mittere: ac huiusmodi verba dici a nonnullis pregnantia, quæ alterius verbi vim, quasi sinu suo inclusam gestant; cuius rei tum ipse exempla protulit, tum alios allegavit testes, qui plusscula collegere e sacris & profanis, in *Tract. de Solæcismis & Barbarismis Græca N. F. dictioni falso tributis*, c. III. p. 38. Vidit id SYRUS interpres, ideoque verba, ἐγγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης, ita reddidit: *Scripta fuit Corinthi, & missa per manus Phæbes.* Et certe ita explicandam esse vocem haud difficulter colligitur ex subscriptionibus aliis. Epistolam ad Philemonem ipse Paulus Romæ scripserat, v. 19. certe non Onesimus, cuius manus Philemoni nota minorem hisce commendatitiis litteris conciliasset auctoritatem: missa vero fuit per Onesimum; & ecce id indicat subscriptio, πρὸς Φιλήμονα ΕΓΡΑΦΗ ἀπὸ Ῥώμης ΔΙΑ ΟΝΗΣΙΜΟΥ οὐκίτης. Epistola Apostolica ad ecclesias gentium non scripta erat, sed missa per Paulum & Barnabam, Iudam & Silam: & tamen D. Lucas hæc ita reddidit: ἑράσαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν ταύτην. *Act. XV. 22, 23.* Et quis denique crediderit, per τὸ ἐγγράφη *1. Cor. XVI. v. ult. indicati, epistolam illam Stephani, Fortunati, Achaici & Timothei manibus sociis esse exaratam?* verba sunt Vener. WOLFFII in *Notis ad Rom. XVI.* Eademque, nisi fallor, ratione suscriptiones epistolarum *2. ad Cor. & Coloss.* intelligendæ sunt. (d)



(d) Confer quæ ad §. 26. (a) differuimus : & adde loca Patrum iam nota (c) allegata. Quæ vero cel. MILLIUS hanc in rem profert argumenta, alique cum illa bene multi, ea omnia tertii iam sæculi initio notavit ORIGENES in *Præfatione Explanationis* in hanc epistolam. En verba eius : *Etiam illud baud absurde admonebimus, quod videtur hanc epistolam de Corintho scribere, ex aliis quidem pluribus indiciis, evidentius tamen ex eo, quod dicit : Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, ministram Ecclesie, quæ est Cenchris. Cenchris enim dicitur locus Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Et ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, & ex eo, quod dicit : Salutet vos Caius, hospes meus : de quo Caio scribens Corinthiis commemorat, dicens : Gratias ago DEO meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum & Caium. Simile & deinde datur indicium, ubi dicit : Salutet vos Erastus arcarius civitatis. De quo Erasto ad Timotheum secundam scribens, dixit : Erastus remansit Corinthi. Ex quibus omnibus colligi certissima videntur indicia, quod de Corintho scripta sit. Opp. T. II. p. m. 325. edit. Froben. 1545. Idemque ad Rom. XV. 26. recte observavit, scriptam fuisse hanc ad Romanos epistolam post utramque ad Corinthios, p. 523.*

(e) Trium *Gaiorum* mentionem fieri in historia Apostolica, observavit cel. BASNAGE *Annal.* p. 677. ad an. 56. §. IV. *unius videlicet DERBENSIS, qui Paulum sectabatur, Act. XX. 4. (Derbe urbs erat Lycaoniæ, Act. XIV. 6) Alterius MACEDONIS, qui ex Apostoli quoque comitibus erat, Act. XIX. 29 Tertiæ CORINTHII, quem Paulus baptizavit (1. Cor. I. 14) illumque ipsum hoc loco indicari sit probabilissimum ex addito hospitis titulo.* Horum tamen non nisi duos agnoscit cl IO. CHRISTIAN. HERTZOG in *Dissertatione de subscriptionibus Epp. Paulin. ex historia Apostolica*, Lips. 1703. § X. putans, Derbæum illum Act. XX. 4. non alium, quam ipsum Gaium Macedonem esse, Thessalonica oriundum: idque mutata loci huius distinctione evincere conatur. *Non, inquit, genuinam hic puto distinctionum positionem, qua in hodiernis editionibus locum obtinet, per quam efficitur, quod inter Thessalonicenses fuerit,*

fuerit, & tamen Derbeus, quæ sine repugnantia, stare non possunt. Hinc putaremus post Γαίος ponendam esse distinctionem, ut Δεβείος referatur ad Timotheum, quem Derbensem legimus, Act. XVI. 1. adeoque coniunctionem καὶ non copulativam, sed superaddendi vim hic obtinere contenderemus. Qua significacione eam usurpatam invenimus Act. XI. 28. c. XXVI. 11, 12. Profert Vir doctus huius significacionis particulæ καὶ exemplum ex Plutarcho & aliud ex Herodiano; pergitque: Latini ETIAM vertunt. Scilicet ad mentem eius hoc comma ita vertendum esset: Comitabatur autem cum (Paulum) in Asiam Sopater Beryænsis: Thessalonicensium autem Aristarchus, & Secundus & Gaius. Derbeus quoque Timotheus. Asiani vero &c. De Gaio Corinthio ORIGENES in h. l. Hic est Caius, de quo alibi dicit: Gratias ago DEO meo, quia neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum & Caium. Videtur ergo indicare de eo, quod vir fuerit hospitalis; qui non solum Paulum ac singulos quosque diversantes Corinthi hospitio reciperet: sed ecclesia universa in domo sua conventiculum ipse præbuerit. Fertur sane traditione maiorum, quod hic Caius Episcopus fuerit Thessalonicensis Ecclesie. l. c. p. m. 350. At, quæ ultimo loco protulit Vir magnus, & ex eo, ni fallor, SEDULIUS in h. l. (cuius Collectanea vel Explanatio in Epistolas S. Pauli, existant in Biblioth. M. Patrum T. V. P. I. p. m. 478) ad Macedonem forte potius, quam ad Corinthium Gaium pertinent. Quis horum ille fuerit, cui D. IOHANNES suam inscripsit epistolam ordine tertiam, huius non est loci disquirere.

- (f) Γρ. ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως. Est autem οἰκονόμος, ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος, Φυλάξας, qui domum administrat, custodit, teste HESYCHIO, quocum consentit ISIDORUS PELUSIOTA L. V. epist. cccc. p. 651. Οἰκονόμος εἶρηται παρὰ τῶ ἐκάστῳ τὸ οἰκεῖον νέμειν, κ. τ. λ. Oeconomus inde dicitur est, quod unicuique suum tribuat, vel quod singulis in domo pro merito suum tribuat. Nec in diversa abit SUIDAS: Οἰκονομῶ, τὰ ἐν οἴκῳ διοικῶ, ordino, cōstituo, quæ in domo sunt: qui tamen etiam οἰκονομίαν, per τὸν διαμερισμὸν τινῶν πραγμάτων, i. e. dispensationem rerum aliquarum, adeoque in genere definit. Et huic

significatione adhæserunt Patres quidam Græci ad h. l. eo magis, quod vox πόλεως addita non huius vel illius tantum domus, sed ipsius civitatis eum fuisse œconomum arguit. Sic THEODORITUS: *Non appellat eum ecclesia œconomum inquit: ἀλλὰ τῆς πόλεως, ὡς κηδεμονίαν τινὰ πάντως πεπιστευμένον· ut cui curatio quedam prorsus credita fuerat.* Quin & THEOPHYLACTUS exponit: ὁ διοικητής, ὁ προνοητής τῆς πόλεως Κορίνθω. *Gubernator, procurator urbis Corinthi.* Utrumque, credo, SUIDÆ debet Scriptor, quem alios sæpius exscribere notum est: nam & Svidas, ut dixi, verbum οἰκονομῶ per διοικῶ exposuit; & ad vocem οἰκονομία notavit sqq. ἡ τῆ Θεῶ ΠΡΟΝΟΙΑ κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται κατ' ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ κατ' εὐδοκίαν κατὰ συγχώρησιν. E Latinis quidam hanc vocem verterunt *dispensatorem*, e. g. PRIMASIUS in *Biblioth. Patrum*, T. VI. P. II. p. 51. & HILARIUS: *dispensator*, inquit, *civitatis est quasi curator, qui distante iniuria gubernabat civitatem, maxime in pretiis moderandis.* Opp. Ambrosii T. V. p. 242. Qui tamen a propria vocis significatione recedere videtur: siquidem VARRO *de L. L.* Lib. IV. p. m. 30. *Ab are*, inquit, *impendendo Dispensator dicitur.* Et FESTUS: *Dispensatores dicti, qui as pensantes expendebant, non adnumerabant;* more scil. antiquo, p. m. 122. Dispensatores igitur dicti, qui pecunias pendebant, earumque rationes referrebant, non modo in domo & familia, sed & in provinciis. Sic *Servus Claudii Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispanie citerioris*, occurrit apud PLINIUM *Hist. Nat.* L. XXXIII. c. XI. T. V. p. m. 70. Et MACROBIUS *Saturnal.* L. II. c. V. *Dispensatorem*, inquit, *Cæsar Augustus vocavit, & sestertia centum milliâ numerare Graculo iussit.* p. m. 338. edit. Jac. Gronovii 1670. Alii vero, quibus prævit VULGATUS, *Arcarium* vocare maluerunt. Et sic quoque in *Veteri ONOMASTICO* Latino Græco deprehendimus: *Arcarius, οἰκονόμος.* Ex VULGATO nomen hocce retinuit MILLIUS: licet hodie fere sit difficiliter intelligere, qui & quales fuerint *arcarii*; quam quid sit οἰκονόμος. Hinc & dudum inter Veteres illas, quæ sub nomine ISIDORI *Hispalensis* circumferuntur,

tur, & ad calcem operum eius editæ sunt, Glossas suum merito locum obtinuit, p. 620. edit. du Breul. ubi exponitur: *Arcarius, dispensator, actor*; nam & Actores olim dicti, quibus rerum omnium summa commissa, quique rationibus domesticis præpositi, honestiori præ servis reliquis loco & gradu erant. Vid. POPMA de *Operis servorum* p. m. 17, sq. Ad eundem quidem modum, at paullo specialius nomen & officium explicat REMIGIUS ad Rom. XVI. *Erastus*, inquit, *arcarius erat civitatis Corinthiorum: id est, princeps, vel dispensator; qui præerat arcæ, ubi ponebatur census Regis tributorum & vestigialium*. l. supra cit, p. 862. Unde de Regis tributis eorumque censu Corinthi in arca positus sua hausit Remigius, ego quidem ignoro. Si enim Imperatorem Romanum appellat Regem: nondum patet, fueritne hæc colonia Romæ immunis, uti aliæ non paucæ; an vestigialis? Sed nec Cæsaris amplius erat provincia Achaia: cum §. IV, (b) p. 21. iam sit a nobis ostensum, Senatui fortique hanc provinciam a Claudio fuisse redditam. Senatui ergo vestigialis hoc tempore fuit Achaia, eiusque tributa in ærarium publicum relata sunt. Proinde loco *Regis* legendum est potius *urbis*, i. e. ipsius *civitatis Corinthi*: siquidem *αικονόμος τῆς πόλεως* vocatur. Talis erat FELIX, ARKARIUS REIP. NEAPOLITANORUM, vid. SPONIUS in *Miscellan.* p. 211. & SECUNDUS ARK. REIP. AMERINORUM, in GRUTERO p. MXCI. 7. Cetera Remigii recte se habent: nam in Codice Theodosiano *Arcarius is dicitur, qui pecunias ARCIS publicis includendas reciperet, receptasque adservaret*; & in Pandectis: *qui publicam vel privatam asservat pecuniam*; notante doctissimo SUICERO *Thesauri* P. II. p. 464. Et in CASSIODORO, *Var. L. I. Ep. X. p. m. 14. Domestici Patres equitum & peditum, qui aula Theodorici Regis excubabant, conquesti sunt, ab illo ARCARIO PRÆFECTORUM pro emolumentis solemnibus, nec integri ponderis solidos percipere, & in numero gravia se dispendia sustinere*. Et Glossæ veteres: *Arcarius Pontificum, υποδανῆς τῶ χευσθῶ*. Charta quoque Wiltasii Regis Merciorum apud INGULFUM in *Hist. Croyland.* p. 856, *Arcarius mens*

*meus omnes expensas huiusmodi, cum dicti ministri mei annu-  
meraverint, pro fisco integre acceptabit.* Quin & in ecclesia  
Christiana, *Archidiaconus*, ob concreditas ei thesauri ecclesia-  
stici claves & curam dispensandarum oblationum populi, *arca  
custos* appellatur: ita enim PAULINUM de *Vita S. Martini*  
L. IV. canentem deprehendo:

*Protinus adstanti Diacono, quem more priorum  
Antistes sanctæ CUSTODEM legerat ARCÆ,  
Imperat, ut Domini sumtu nummisque coemptam  
Aptaret properans argenti in corpore (pauperis) vestem.*

In *Biblioth. Patrum* T. V. P. I. p. 270. Et PETRUS CHRYSOLOGUS *Serm. CXXXV.* *Quoniam*, inquit, Laurentius erat *Archidiaconus*, apud illum esse utique credebantur opes ecclesie, quas desiderabat persecutor, ibid. P. II. p. 761. Conf. PRUDENTII *Hymnus de S. Laurentio* v. 39, sqq. AMBROSIUS de *Officiis* L. II. c. XXVIII. p. m. 51. Ut ergo hæc antiquitus nomina fuerant privati ministerii: ita deinceps a domo ad rempublicam translata erant; Romani veteres forte *Questores* dixissent, iudice GROTIUS ad h. l. Et quamvis *servos* olim fuisse *arcarios* ex paullo post allegandis inscriptionibus testentur plures: illi tamen privati fuere huius vel illius domus & familiaris dispensatores. De *arcario* reip. Amerinorum & Neapolitanorum id non legimus. Proinde ex eorum officio servili ad munus publicum Erasti in civitate Corinthi non valet conclusio. Huius potius dignitatem muneris haud fuisse exiguam innuit CHRYSOSTOMUS: quo tamen se abdicasse Erastum, postquam Christo nomen dederat, nobis, nescio ex quam ratione, persuadere vult *Auctor Comment.* qui in *Opp. HIERONYMI* exstat, T. IX. p. 240. aut enim hæc eius est sententia, aut, quid sibi verbis illis obscuris velit, me nescire fateor. Ceterum ex Ven. IO. CHRISTOPH. WOLFIO ad h. l. didici, S. R. IO. ADAM. FLFSSAM *exercitationes binas de Arcariis* cum civilibus, tum ecclesie, edidisse Baruthi 1725. & 1726. quæ pro Viri eruditione, aliunde nobis nota, lucem huic antiquitatis particulæ sine dubio scenerantur magnam: unde & nos, quibus hunc laborem oculis

lis perlustrare nondum contigit, plura hac de re in presenti non proferemus; videri possunt LAURENTIUS PIGNORIUS *de Servis* p. m. 325, sq. & REINESIUS in *Synonym. Inscription.* p. 431, sq. ac si placent inscriptiones huc facientes, invenies qua vocem latinam *Arcarius*, in SPONIO, præter iam allegatam, alias quatuor l. c. & GRUTERO, p. CHL. 10. CCCCLXIII. 2. DLXX. 10. DCXLI. 7. 8. & MXCII. 7. in quibus occurrunt *Arcarii Liberti, Servi, Vicarii*, imo *Pecunia Publica*, si modo antepenultimam recte legit REINESIUS: item *Quæstor Arca Et Pecunia Alimentaria Defensor*. Græcum *Ἀρκαρίου* etiam occurrit, præsertim in *recensu ordinis Smyrna*, vid. REINESIUS p. 112. & 446. ex *marmoribus Arundellianis*. Ne quid iam de Dispensatoribus dicam, quorum in Inscriptionibus quoque sæpius facta est mentio. Agmen potius claudet explicatio ORIGENIS, quæ, ut alia huius Viri, fere singularis est. Ita autem ille: *Ipsum puto esse Erastum, quem dicit, quia remansit Corinthi, quique evidenter designato civitatis officio ostenditur. Sed non puto, quod ex hoc officii magnopere Paulus mentionem in hac epistola sua fecerit, nisi forte aliquid in eo amplius senserit, & arcarium eum, id est dispensatorem illius civitatis dixerit, cuius artifex & conditor DEUS, & ideo nec nomen posuerit cuius civitatis, sed tantummodo eum arcarium nominaverit. Utrum ergo tali modo aliquo, an vero simpliciter magis videndum sit, & nihil profundius in Pauli litteris requirendum, considerato, qui legis. l. c. Aliter hic sensisse colliges ORIGENEM, quam quidem ipse in *Prefatione ad hanc epistolam supra (b) p. 228.* scripserat: eundem tamen, qua singula fere verba, secutus est SEDULIUS Scotus, in h. l. Vid. *Bibliothecam Patr. M. T. V. P. I.* p. 479. Qui hæc recte perpenderit cuncta, is facile crediderit, fuisse Erastum in civitate Corinthiorum eundem, quem hodie in maioribus hinc inde urbibus vocare solent *Stadecammerer*. Addit et ELSENERUS munus *adilitium*, per motus inscriptione SPONII penultima, in *Observat. Sacris* ad h. l. T. II. p. 69. neque nos repugnamus, si modo ex eo,*

quod *Agathyrus Aug. N.* (Augusti nostri) *Servus Arkarinus*, (adeoque ad domum Cæsaris privatam pertinens) *Fontem Dilapsum Item Murum Cingendum Et Alvea ponenda Curaveris*, iure colligere possimus: fuisse idem etiam olim munus Arcario civitatis publico semper demandatum.

§. 28.

Epistolæ ipsius divīna plane auctoritas in plurimis relucet. Auctorem habuit D. Paulum, κλητὸν ἀποστόλου, peculiari modo ad Apostolicum munus designatum, ἀφωρισμένον εἰς τὸ εὐαγγέλιον τῆ θεῆς G. I. I. qui a Christo ipso accepit χάρις καὶ ἀποστολήν εἰς ὑπακοήν πίστεως V. 5. cui data fuit hæc gratia a DEO, ut esset Iesu Christi λειτουργός apud gentes, eosque ceu sacrificium offerret DEO, beneplacens & sanctificatum divino Spiritu, e. XV. 15, 16. Ipse erat, per quem operatus sit Christus in conversione gentium λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος θεῆς, V. 18, 19. (\*). Ne dicam, quod huic epistolæ testimonium dederit D. Petrus. Sunt enim in hac δυσνοήτα illa, quæ indocti & instabiles haud recte capientes, detorquebant in suum ipsorum exitium.

(\*) Et quod maximum, a nostro autem omissum: qui ne quidem sustinuerit quicquam loqui, quod non operatus esset per eum Christus ad obedientiam gentium, verbis & factis; IN virtute signorum & miraculorum; IN virtute Spiritus DEI. Ita enim verba Apostoli iacent: v. 18. Οὐ γὰρ τολμήσω λαλῆν τι, ἢν ἐκείσεργάσατο Χεῖρὸς δι' ἐμῆ, εἰς ὑπακοήν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ: cetera, quæ cel. Auctor hic exhibet. Qualis igitur & quanta, ut reliquis, Apostolis, ita quoque Paulo a Christo concessa fuerit gratia in obeundo munere Apostolico, vel ex hoc loco satis superque constat: tanta nimirum, ut ipse Christus in illis sit operatus, quæ dicerent, quæ facerent; nec ipsi quid proloqui auderent (puta in eius Evangelio propagando,

do, hominesque ad vitam coelestem instruendo) nisi quod ille tanquam Dominus & magister per eos operatus esset. Ita vero & non aliter se rem habere, auditores eorum partim *ex miraculis*, partim & quidem quam maxime *ex virtute Spiritus S.* plenissime sunt convicti: hæc enim in cordibus eorum divinam per verbum Evangelii genuit convictionem & hodiernum generat. Quam luculentum hoc sit pro divina Apostolorum Iesu Christi inspiratione argumentum, quivis facile perspicit: nec enim hic de *rebus* tantum, verum de ipsis quoque *verbis* eorum idem asseritur, quod 1. Cor. II. 13. scilicet & verba quoque sua didicisse Apostolos a Christo & a Spiritu S. conf. quæ supra §. V. (a) & (b) fusius hæc de re diximus. Iam cum D. Petrus manifeste testetur, Paulum secundum *HANC SIBI A DEO DATAM SAPIENTIAM* epistolas exarasse; cum ipse etiam Apostolus Rom. XV. expressis dicat verbis: *audacius iam aliquatenus SCRIPSI vobis fratres, ut commonefaciens vos* ΑΙΑ ΤΗΝ ΧΑΡΙΝ τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ: sequitur & reliquas eius genuinas epistolas & hanc quoque ad Romanos, esse qua res qua verba θεόπνευστον. Imo cum longe maior gratiæ divinæ mensura, longe maiora Spiritus S. dona fuerint in N. T. & in primis in *Apostolis*, quam in *Propheciis* V. T. *quorum* tamen *OMNIS SCRIPTURA DIVINITUS INSPIRATA*, cet. 2. Tim. III. 16: sequitur inde certissime, multo quoque magis ceu divina & a DEO inspirata agnoscenda esse Apostolorum N. F. scripta; ut alias rationes l. c. prolatas hic reticeam. Possunt vero & alia ex hac epistola produci loca pro auctoritate eius confirmanda; e. g. c. XV. 29, 30. & c. IX. 1. Αληθεῖαν λέγω ἐν χριστῷ καὶ ἢ ψεύδομαι, cet. item c. XII. 1. & 3. Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ δοθεῖσθαι μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν cet. Quæ duo ultima vel imprimis contra eos notanda sunt, qui concedunt Apostolos in prædicando fuisse quidem θεόπνευστος, negant vero in actu scribendi: quasi nō unum idemque Evangelium, unus idemque finis, una denique & eadem necessitas inspirationis fuisset, imo longe maior in scribendo, quam in prædicando; cum scripta toti orbi omni-



que posteritati instar normæ certissimæ inservirent. Atque hic Apostolus in actu scribendi constitutus mox vocabulo λέγω, mox γράφω, mox παρακαλώ utitur? adeo nullum scilicet discrimen inter actum scribendi & prædicandi, qua utriusque auctoritatem divinam relinquens, nisi fictum.

## §. 29.

Capite II<sup>do</sup> huius epistolæ de quibusdam apud Romanos agit Paulus, qui contemnebant DEI μακροθυμίαν, seu qui adventus eius tarditatem, quæ videbatur, in materiam omnimodæ impietatis arripiebant, tanquam adventus huiusmodi nullus unquam futurus sit; cum revera ex ista μακροθυμία elucesceret τὸ χρηστὸν τῆ θεῶ, quo nos ducere velit ad pœnitentiam. Quis non videt ad hæc ipsa verba respexisse D. Petrum, cum in consimilem certe sententiam fideles suos sic alloquitur: τὴν τῆ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν σωτηρίαν ἠγάθει· καθὼς κὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς παῦλος κατὰ τὴν αὐτῶ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν. 2. Pet. III. 16. Neque enim obstat τὰ ὑμῶν, quo minus ad verba huius epistolæ, pariter ac alterius Hebræis inscriptæ, spectaret Petrus: cum ex Asiaticæ istius διασπορᾶς fidelibus, ad quos missa erat utraque eius epistola, fuerint hi Iudæi, qui iam Romam usque venerant, & ecclesiæ istius partem haud exignam constitutebant. Sic etiam in eodem c. III. 9. μακροθυμίῃ εἰς ἡμᾶς, μη βεβηλωμένοι τινὰς ἀπολέθαι, ἀλλὰ πάντα εἰς μετάνοιαν χωρησάμενοι plane ex epistolæ ad Romanos citata modo pericope (\*).

\* Si Patres primi & secundi sæculi evolvimus, divinam huius epistolæ auctoritatem non in ecclesia solum orthodoxa, sed & inter ipsos quoque hæreticos a primis inde temporibus agnitam esse deprehendemus. Ipse, credo, S. IGNATIUS, cum in itinere Romam versus constitutus scriberet his ipsis Romanis:

nis : Ουχ ὡς Πέτρος & Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν· ἐκεῖνοι Ἀπόστολοι, ἐγὼ κατὰ κριτίν· ad hanc Pauli epistolam procul dubio collineavit, *Ep. ad Rom. §. IV.* Et POLYCARPUS Philippenses admonens §. VI. Προνοῦντες αἰεὶ τῷ καλῷ ἐνώπιον Θεοῦ & ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ἐργῆς· item πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τῆ χειρῶ· non rem modo & sensum, sed ipsa quoque verba, ex Rom. XII. 17. & 19. c. XIV. 10. adhibet. Sed confer, quæ de his Patribus Apostolicis iam supra p. 37, seqq. observavimus. Quin & Auctor libri, qui HERMÆ Παῖον appellatur, satis antiquus, quippe cuius IRENÆUS, CLEMENS Alexandrinus & TERTULLIANUS secundo iam sæculo meminere sæpius, ad Rom. IV. 17. & Hebr. XI. 3. simul respexisse videtur; cum Lib. II. Mand. I. scripsit: *Primum omnium crede, quod unus est DEUS, qui omnia creavit & consummativā, & ex nihilo omnia fecit.* Verba eius Græca conservata ab EUSEBIO. *Hist. Eccl. L. V. c. 8.* & ATHANASIO de decretis Synodi Nicenæ T. I. p. 266. Paulinis magis consentiunt: ΠΡΩΤΟΝ πάντων ΠΙΣΤΕΥΣΟΝ, ὅτι εἰς ἐστὶν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας & ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΣ, & ποιήσας ἐν ΤΟΥΤῳ ΜΗ ΟΝΤΟΣ εἰς ΤΟ ΕἶΝΑΙ τὰ πάντα. Hæretici vero eius æνὶ antiquissimi non solum auctoritatem huius epistolæ agnovērunt, sed varia quoque eius oracula contra Orthodoxos allegarunt, teste IRENÆO L. I. c. g. Rom. XI. 16. p. 38. & v. 35. ex quo mira prorsus fictione supra Creatorem & Δημιουργόν matrem eius ἐνθύμησιν, & supra hanc rursus πλήρωμα esse, sibi aliisque persuadere voluerunt, p. 48. Idem quoque probaturi τὸν Σωτήρα ἐν πάντων (scil. τῶν αἰώνων) ὄντα τὸ πᾶν εἶναι, ὑπὸ τῷ ΠΑΤΕΡΙ Φανερῶς διὰ τῆτο εἰρηδοῦ λέγουσι· καὶ αὐτός ἐστὶ τὰ πάντα Col. III 11. καὶ πάλιν, πάντα εἰς αὐτόν, & ἐξ αὐτῶ τὰ πάντα Rom. XI. 36. καὶ πάλιν, ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος Coll. II. 9. καὶ τὸ ἀνακεφαλαλωσασθαι δὲ τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τῶ Θεῶ. Eph. I. 10. Ita nimis, uti reliquos S. Scripturæ libros, sic D. quoque Pauli epistolas ad nugas suas palliandas detorquere conati, nobis simul egregium pro canonica earum auctoritate

suppeditarunt testimonium: quippe quæ iam ante medium  
 sæc. II. adeoque vix LXX. postquam exaratae erant annis, tan-  
 tam in ecclesiis ubivis obtinuerant vim normativam; ut aut  
 eam verbis se tueri suisque erroribus colorem dare debuerint  
 hæretici, aut ex iis damnari. Quod MARCION hanc episto-  
 lam agnoverit esse canonicam, eamque suo inseruerit *Αποστολι-  
 κῶ*, supra §. V. (d) p. 35. monuimus. De locis truncatis que-  
 ritur TERTULLIANUS sæpius, eademque vindicata resti-  
 tuit. Exstat quoque horum locorum catalogus apud EPI-  
 PHANIUM T. I. Opp. p. 318. quem suæ quoque *Intradu-  
 ctioni* inseruit Rev. RAMBACHIUS p. 129. Eum verò im-  
 perfectum esse, vel ex hoc unico patet ORIGENIS testimo-  
 nio ad Rom. XVI. 25, 26, 27. p. 531. *Hoc*, inquit, *caput Mar-  
 cion*, *a quo Scriptura Evangelica atque Apostolica interpolatae  
 sunt, de hac epistola penitus abstulit*, (v. 25-27): *Et non sa-  
 lum hoc; sed Et ab eo, ubi scriptum est, Omne autem, quod  
 non est ex fide, peccatum est* (i. e. inde a versu ultimo capituli  
 XIV.) *usque ad finem cuncta dissecuit*. Quorum omnium Epi-  
 phanius haud meminit. De audacia eius in immutando &  
 interpolando ipse cel. MILLIUS §. 306--328. plura. Sed  
 & NOETUS hæreticus, probaturus Patrem fuisse Christum,  
 qui pro nobis passus est, inter alia hanc etiam ipsam Pauli  
 epistolam infelix laudavit testem, narrante HIPPOLITO in  
 tract. *adv. Noetum*, Opp. Vol. II. p. 7. edit. Fabricii: *Ἄλλο  
 δὲ, Φησὶν, ἔ δυνάμειν λέγειν, καὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος ἓνα θεὸν  
 ὁμολογεῖ, λέγων, ὡν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα,  
 ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας*. Quodsi IRE-  
 NÆUM, CLEMENTEM *Alexandrinum* & TERTUL-  
 LIANUM consulimus, sæpius eos, quid quod sæpissime ad  
 hanc provocasse epistolam apprehendimus: ita quidem, ut,  
 quemadmodum in reliquis N. F. libris fere cunctis, sic in  
 epistola quoque ad Romanos vix ultimum caput supersit, cuius,  
 si non potiosem, tamen dimidiam fere partem, suis hi Patres  
 scriptis non inseruerint. IRENÆUS L. III. c. XVIII. p.  
 239. demonstrans, non alium IESUM, alterum autem Chri-  
 stum

rum fuisse, sed unum & eundem esse Dominum nostrum: *Hoc ipsum*, inquit, *interpretatus est Paulus, scribens ad ROMANOS: Paulus Apostolus Iesu Christi, predestinatus in Evangelium DEI, quod promisit per Prophetas suos in Scripturis Sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui predestinatus est Filius DEI in virtute per Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, Iesu Christi Domini nostri.* Confer Rom. I. 1--4. Eadem Apostoli verba c. XXXII. p. 260. ex ea, qua est ad ROMANOS, rursus protulit, omisso tamen hic pronomine *Ei*, unde & in priori loco illud a scribis ex latina Vulgata insertum videtur, recte monente Viro doctissimo IO. ERN. GRABE in Notis ad 1. ante cit. Pergit vero ibidem IRENÆUS: *Et iterum ad ROMANOS scribens de Israel, dicit: Quorum Patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est DEUS benedictus super omnes in sacula, ex Rom. IX. 5. Ut alia eius loca ultra LXXX. taceam. TERTULLIANUS adversus Praxeam c. XV. p. 509. Hunc (Filium DEI) & Paulus conspexit - - - Christum autem & ipse DEUM cognominavit: Quorum Patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia DEUS benedictus in ævum. Et c. XIII. p. 507. Solum autem Christum potero DEUM dicere, sicut idem Apostolus: Ex quibus Christus, qui est, inquit, DEUS super omnia benedictus in ævum omne.* Ut adeo mirum sit, ERASMUM, Virum in lectione horum Patrum, quippe quos ipse ediderat, non leviter versatum, auctoritatem loci huius voluisse elevare: mirum quoque SOCINIANOS modernos, uti in his, ita in prioribus Pauli verbis pronuntiandis, distinguendis, explicandis, sua tot modis prodere præiudicia, sine omni profus ratione, non sine manifesta in Filium DEI, eorum quoque futurum iudicem, impietate. Discere debuissent eiusmodi oraculorum divinorum corruptores secundo iam sæculo, in Ecclesiis Gallicanis, Italicis & Africanis, imo ubivis terrarum, centum & ultra annos post exaratam hanc epistolam, non ab Orthodoxo modo, verum etiam hæreticis, sicut iam ostendimus exemplum

plum *Noeti* p. 238. ita & non aliter pronuntiata, distincta & explicata fuisse hæc Apostoli verba, ac hodiernum in Ecclesia orthodoxa moris est. Sed nec sæculo III. medio: prorsus enim ita & legit & interpretatus est illa **NOVATIANUS de Trinitate** c. XXX, p. m. 729. edit. Rigaltii Paris. 1675. Qui etiam sicut in toto isto libello, ita in primis c. XIII, p. 715. **Christomachis**, quod satis est, fecit, hoc argumentum aliaque plura eleganter non minus quam nervose complexus; ut eadem hic legere neminem pœniteat: *Quod si, inquit, cum nullius sit, nisi DEI, cordis nosse secreta, Christus secreta conspiciet cordis; quod si, cum nullius sit, nisi DEI, peccata dimittere, idem Christus peccata dimittit; quod si, cum nullius sit hominis de caelo venire, de caelo veniendo descendit; quod si cum nullius hominis hæc vox esse possit, Ego & Pater unum sumus, hæc vocem de conscientia divinitatis Christus solus edicit; quod si postremo omnibus divinitatis Christi probationibus & rebus instructus Apostolus Thomas, respondens Christo, Dominus meus & Deus meus dicit; quod si & Apostolus PAULUS, QUORUM, inquit, PATRES ET EX QUIBUS CHRISTUS SECUNDUM CARNEM, QUI EST SUPER OMNIA DEUS, BENEDICTUS IN SÆCULA; quod si idem se Apostolum non ab hominibus aut per hominem, sed per IESUM Christum constitutum esse depromit; quod si idem Evangelium non se ab hominibus didicisse, aut per hominem, sed per IESUM Christum accepisse contendit: merito CHRISTUS est DEUS. Plura hic cumulare eo minus est necessarium; quum & ipse cel. MILLIUS in Notis ad Rom. IX. 5. consensum antiquitatis egregie monstraverit, & nuper Venerandus IO. CHRISTOPH. WOLFIUS in *Appendice ad Cur. Philol.* P. II. utrumque locum erudite non minus quam copiose vindicaverit. MILLII verba notatu sunt dignissima: *Verbo, inquit, dicam: Lektionem hanc (orthodoxam) præferunt Codices MSS. omnes; Versiones, VULGATA, SYRIACA (contra GROTIUM ad h. l.) ARABICA, ÆTHIOPICA, etiam COPTICA & ARMENA; - Patres item GRÆCI, LATINI, per omne seculum, tam*  
*Anse-**

*Ante-Nicani, quam qui post Arium florere*; quorum longum subiungit catalogum, citatis cuiusque locis, simulque falli docet Erasmus, qui CYPRIANUM, HILARIUM & CHRYSOSTOMUM aliter legisse contendit. Allegatis ab eo Patribus addendus est, præter iam ante notatum NOETUM ex sac. III. HIPPOLYTUS, qui teste PHOTIO Cod. CXXI. *Irenæi* discipulus fuit, adeoque centum annis & ultra ante concilium Nicænum clarus; is enim in *Memoria Hæresium, contra Noetum* scripsit: Ο δὲ λέγει ὁ ἀπόστολος, ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστός· ὁ κατὰ τάγμα, ὁ ὧν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητός εἰς τὸς αἰῶνας. Καλῶς διηγείται καὶ λαμπρὸν τὸ τῆς ἀληθείας μυσῆριον· ἔτ' ὁ ὧν ἐπὶ πάντων Θεὸς ἐστίν, λέγει γὰρ ἔτω μετὰ παρήσιας, Πάντα μοι παραδέδοται ὑπὸ τῆ Πατρὸς· ὁ ὧν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητός γεγένηται, καὶ ἀνθρώπων γενομένου Θεός ἐστιν εἰς τὸς αἰῶνας. ἔτως γὰρ καὶ Ἰωάννης εἶπεν· ὁ ὧν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Καλῶς εἶπεν παντοκράτωρ Χριστός. Opp. Vol. II. p. 10. Conf. *Biblioth. Patr.* T. III. p. 20. Ubi tamen sensus ex versione latina *Frane. Turriani*, quam celeb. Fabricius quoque retinuit, paullo obscurior est, in primis ob additam parenthesin: quasi *δοξολογία* Pauli ad DEUM Patrem forte pertineret; quod tamen tum scopo Hippolyti, tum ipsi etiam contextui manifeste repugnat. Proinde ita potius vertenda: *Hic, qui est super omnia, DEUS est: sic enim aperte dicit, omnia mihi tradita sunt a Patre. Qui est super omnia DEUS benedictus, genitus est: & factus homo DEUS est in sacula. Sic enim Iohannes ait, &c. — Recte Christum vocavit omnipotentem.* Addi quoque possent ex saculis seqq. HILARIUS ille in *Opp. Ambrosii*, qui ad h. l. ita disserit: *Interea de SALVATORE dicit: Qui est super omnia DEUS benedictus in sacula, Amen. Quando enim nulla paterni nominis sit mentio, & de Christo sermo est, non potest differri, ne DEUS dicatur. Frequenter enim Scriptura propter unius DEI professionem, si de DEO Patre loquitur, & DEO adiungit Filium, DEUM Patrem vocat, & Filium Dominum, cet.*


Et SEVERUS *Antiochenus* in *Casena MS.* ad Act. II. 24. Οὐτῶ κ' Παῦλῳ ῥωμαίοις ἐπιστάδῳ, ἐξ Ἰουδαίων εἶναι φησι τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸν, τὸν αὐτὸν δὲ Θεὸν εὐλογητὸν εἰς τὰς αἰῶνας. ἀμήν. edente Ven. WOLFIO in *Anecdotes Grec.* T. III. p. 118. PRIMASIUS *Biblioth. Patrum* T. VI. P. II. p. 38. qui prolatis Apostoli verbis addit: *Contra Arrianum, Manicheum & Photinum.* REMIGIUS *ibid.* T. V. P. III. p. 837. Pseudo THEODULUS *Comment.* in hanc Epist. *ibid.* p. 581. SEDULIUS, *Collectan. in Epp. Pauli*, *ibid.* P. I. p. 463. THEOPHYLACTUS ad h. l. *Hic vero Arrium pudescere opera pretium est, Paulo nempe Christum super omnia Deum proclamante.* Verum ad TERTULLIANUM revertimur, quem etiam ἠρωτῶς huius meminisse epistolæ sæpius observamus, e. g. *de Ieiuniis* c. XV. p. 553. *At quin ad ROMANOS scribens, vos nunc compungit decretatores huius officii: Ne propter pabulum solveritis, inquit, opus DEI,* cet. coll. Rom. XIV. 20. *Et adversus Praxeam* c. XXXVIII. p. 517. *Sic & Paulus ubique Deum Patrem ponit, & Dominum nostrum Iesum Christum. Cum ad ROMANOS scribit, gratias agit DEO per Dominum nostrum Iesum Christum.* (conf. Rom. I. 7, 8.) *Cum ad GALATAS, non ab hominibus se Apostolum præfert, nec per hominem, sed per Iesum Christum & Deum Patrem.* vid. Gal. I. 1. Ne dicam ex huius epistolæ ad Rom. c. VI. cuncta fere commata exscripta *de Resurrectione carnis* c. XLVII. & *de Pudicitia* c. XVII. inveniri. Etenim ad *Alexandrinum* quoque CLEMENTEM iam tandem deveniamus, qui in Λόγῳ Πρωτεπικλήῳ ad gentes p. m. 52. Ὁ ἅγιος Ἀπόστολος τῷ Κυρίῳ τῆς Ἑλλάδος αἰτιώμενος, ἐξηγήσεται σοι, ὅτι γνόντες τὸν Θεὸν, ἐχώς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, cet. Rom. I. 21, 23. Et clarissimus, imo præclare *Stromas.* L. IV. p. 532. ΘΕΙΩΣ ἢ ὁ ΠΑΤΕΡ ΔΟΣ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ἀντιμερὺς ἐπιστάδῳ. Ἡ Θλίψις ὑπομονὴν καλεῖται ἢ δὲ ὑπομονὴ δακρυμένη. cet. ex Rom. V. 3-5. ut alia loca ultra triginta taceam.













1

